# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Catholicon

**Johannes <Ianuensis>**

**[Mainz], 1460**

I

urn:nbn:de:bsz:31-83366

Visual Library

I est impatiuus de eo is it. facit enī impatiuꝰ
I eat. Itē sicut dic̄ hug. hec figura latina I
et hec figura grēca y. idem elemētū repn̄tant
et I repn̄tat illud in subali sono. ſʒ y in ac
cidentali. hoc aūt elementū I. naturalit̄ et
exilit̄ sonat. ergo hᷣ figura i. rn̄tat illud ele
mentū cū sonat exilius. ſʒ cū sonat spissius
et uberius. repn̄tat̄ hac figura y ¶ Ad istos
diuiſos modos rn̄tandi pdictū elementū. grēci
predictis duabus figuris utūt̄. appellantes i
iota. et y gui. Nos autē non utimur hac figu
ra y. nisi in grecis dcōnibus uel barbaris. Et
non ubiqꝫ. vnde in multis dcōnibʒ grec̄ ul' bar
baris ē dubiuʒ an debeat scribi p i an p y apud
nos. cuʒ nesciamus illas linguas ex toto. quia
apud grecos et barbaros in quibusdaʒ locis scri
bitur i in alijs y. ¶ Iteʒ hec figura y apud nos
rn̄tat duo elemēta. scʒ i uocaleʒ. et i consonanteʒ
qꝛ ergo y duo elemēta rn̄tat et qꝛ i et y idē repn̄
tant elemētū ideo nobis placuit mixtiʒ tractare
de dcōnibʒ q̄ incipiūt ab i vocali et d̄ ill' q̄ inci
piūt ab i cōsonāte et eciā d̄ hijs q̄ scipiūt ab y
Ia est nomen dn̄j ſ qꝛ ē inuisibil'. ex quo et
allelu. qđ est laus ul' laudare componit̄ alleluia
.i. laus inuisibilis uel laudare inuisibilem
Iabel interpretatur ascensio ¶ Dencia
Iabin interpretatur sapiens ul' sensus sine pru
Iaceo ces cui. uerbum neutrū et caret supinis
et dr̄ a iacio cis et componitur cuʒ ad et dr̄ ad
iaceo es iuxta iacere. et cum inter et dr̄ interia
ceo ces et cor̄ ia luc̄ in iiij. Felix qui potuit mū
di minante ruina Quo iaceat iam scire loco
Iacere. qn̄ est infinitiuus de iaceo ces pducit
pn̄lt qn̄ uero est infinitiuus de iacio cis corripit
Iacinctinus. In iacinctus vide
Iacintus ti fuit quidaʒ puer uersus in florem
ſ poetas vnđ et ille flos sil'r dictus est iacintus
et ē purpureus Et hinc quidā lapis dcūs est ia
cintus hn̄s purpureū et ceruleū coloreʒ ad mo
dū illius floris. Xu flos ē iacintus lapis est iacin
tus homoqꝫ Vn̄ iacintinus a ū pn̄l' pđ quāuis
poetica licencia qn̄qꝫ corr̄ in metro ſm hug̃ et
Iacio cis ieci ¶ scribitur sine c in ult' sill'a
iactū iacere vn̄ hᷣ iactus tus tui Iacio componi
t̄ adijcō cis. abijcō cis. cōijcio cis Iteʒ p dercō
neʒ n. coijcio cis ꝓ cōijcō. deijcō cis. desijcio cis
eijcio cis. inijcō cis. ꝓijcō cis. preicō cis. obijcō
cis. reijcō cis. subijcō cis tr̄icō cis Iacio et oīa
eius cōposita sunt actiua Itē oīa eius compo
sita retinent preritū sui simplicis imutatū pter
ꝓijcio ꝓieci. ſʒ a pn̄tis mutat̄ in i. et a supini in
e mutat̄ ¶ Itē nota qꝛ adijcō et abijcō et cetera
cōposita a iacio p duo i dn̄t scribi et ꝓnūciari
regulariter et ē pmū consonans et alteꝝ uocale
Secundū hᷣ ergo si componat̄ iacio cū dcōne de
sinente in consonantē dʒ pma ꝓduci pōne Inue
nit̄ tn̄ qn̄qꝫ pma corr̄ Et hoc id fit qꝛ in oīibʒ
hmodi ūbis solent quidā tacere qn̄qꝫ i conso
nātē in metro ymo qꝛ magis ē causa euphonie
semp solent tacere i consonantē in qualibʒ ꝓla
cōne in pdictis ūb compositis et tn̄ ē de integrita
te dcōnis et dʒ scribi licet taceat̄ apud q̄sdam
cā euphonie sicut in hac dcōne circūeo. m. nō
ꝓfert̄ et tn̄ est ps dcōnis huius et ibi scribitur
¶ Cū ergo contingit qꝛ i cōsonans in pdictis ū
bis taceat̄ et liquescat a ptāte cōsonāns tunc p

ma nō cogit̄ ꝓduci pōne et inde ē qꝛ pt̄ corripi
si naturalit̄ corr̄ ē Si ūo i cōsonans nō taceat̄.
nec liquescat tūc pma ꝓducit̄ si desinat in conso
nantem Et hinc ē qꝛ subijcio qn̄qꝫ pđ pmaʒ qn̄qꝫ
corr̄ et in consilibus ideʒ ē iudiciū ¶ Si querat a
liqꝭ utꝝ asserā i consonantē semp debere taceri
in pdictis uerb̄ in qualiʒ ꝓlacōne sic distinguo
cū metꝝ cogit taceat̄. al's apte ꝓferat̄ non eniʒ
uideo esse magnā cachophoniaʒ si dicat̄ abicio
deicō licet quidaʒ uelint hᷣ semp et ubiqꝫ uitare
ita dic̄ hug̃. magr̄ autē bn̄. dicit ob in conpōne
breuiat̄ ut obeo. nisi posicō supueniat ut obieci
tn̄ in pn̄ti et in oībʒ que tenent cognacionem
pn̄tis obicio pmam cor̄ et pđ. corripit subtrcta i
consonante. vn̄ stacius Pectora que inuisis obicit
fumācia muris. pđ retenta i consonāte vn̄ Orac̄
Cuʒ m̄ liuor edax ignauos obicis armos In fre
quencōri tn̄ usu ē qꝛ ꝓducat̄ ita contingit in hᷣ
ūbo abijcō. cor̄ eniʒ. vn̄ stacius frontibus inten
tas abicit mōstratqꝫ timorē. et ꝓducit̄ vn̄ ideʒ
stacius Abicit attonite rcōꝝ culmine summo Id
accidit in hᷣ ūbo subicō nā a stacō cor̄ dn̄te Fac
ta uidere por subicit gauisus ulixes. pđ autē a
ūgilio quātū uere nouo uiridis se subicit almis
Sʒ in reicō alit̄ ē qꝛ tā in pn̄ti qꝫ in pt̄ito pmā
corripe et ꝓducere inuenit̄ qꝛ ſ quosdā ibi est
simplex consonās et sic pmā cor̄ vn̄ ūgil' ticire
pascentes a flumie reice capllas. qn̄tus eniʒ pes
est ꝓceleumaticus constans ex q̄tuor breuibus.
ſ autē quosdā est duplex consonans. et sic pđ
pōne vn̄ uirgil' Reice ne maculis obfuscent uel
lera pull' Alie ūo ꝓpōnes conposite cū hᷣ uerbo
iacio penitꝫ ꝓducit̄ ut inijcio adijcō eijcō ꝓij
cō deicō in quibus oībʒ i duplex cōsonans ē
Iacito tas pn̄l' cor̄ ī iacto uide ¶ aū i uocaleʒ
Iacob interptat̄ subplantator qꝛ in ortu nas
centis fratꝭ plantā apphendit vl' qꝛ postea frēm
arte decepit Itē iacob angelū et eciā esau vicit
nō māibʒ ſʒ orōibʒ vn̄ illud ps xlix Redemptor
tuus fortis iacob. dicit glo. fortis iacob qui de
di fortitudineʒ iacob luctandi cū angelo orōne
ut aiūt. n̄ manibʒ. volebat. n. angelus q̄ cū cuſ
todiebat in pegnacōne ad deuʒ. recedere. euicit
autē orōe ut eū bn̄diceret. et audiuit. si cū deo
fortis in orōne es. q̄tomag̃ cont' hoīes qꝛ et
orōne cont' esau queʒ metuis ꝑualeb̄ ¶ Hic no
ta qꝛ grēg̃ tractans illud gen̄ xxxij Cū iacob ad
ꝑpā rediret uir luctabat̄ cū eo ad mane qui cū
uideret qꝛ supare eū nō posset tetigit neruū fe
moris eius et statiʒ emarcuit Ita dic̄ in secunda
omel' secūde ptis ezechiel' Is qui certat in lucta
mine aliqn̄ supiorē se. aln̄ nō eū cū q̄ cōtendit
inferioreʒ īuenit designat ergo angelus et iacob
q̄ cuʒ eo contendit vniuscuiusqꝫ pfecti uiri et in
contēplacōne positi animā. qꝛ videlicet anima
contēplari deū nitit̄ uelud in quodā certamine
posita mō exupat. qꝛ intelligendo et senciendo de
incircūscripto lumine aliqđ degustat mō ūo succū
bit qꝛ et degustando iteꝝ deficit q̄i ergo vincitur
angelus qū intellectu intimo apphendit̄ deus
Sʒ notanđ qꝛ ideʒ victus angelus neruū femo
ris iacob tetigit eūqꝫ marcescere statiʒ fecit atqꝫ
ab eo tpe iacob claudicauit vno pede. qꝛ scʒ oī
potens deus cū iam p desidiū et intellectū cog
noscit̄ oīeʒ in nob̄ uolūtatē carnis arefacit et
qui pus q̄i duobʒ pedibʒ innitentes et deuʒ uide

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

bamur querere et seculū tenere. post agnicōnē
suauitatis intime vnus in nobis pes sanus re
manet atq; alius claudicat q; necesse ē ut debili
tato amore seculi. solus in nob cōualescat amor
dei. Si ergo tenemus angelū vno claudicamus
pede q; dū crescit in nob fortitudo amoris dei
infirmatur ꝓcul dubio fortitudo carnis
Iacobipeta pete. cōis gnīs plr cor. q petit ec
clesiā sancti iacobi et cōponit a iacobꝫ et peto
Iacobꝫ zebedei a patre cognominatus ē queꝫ
cū iohāne relinquens uerū patrem secuti sunt
hij sunt filij tonitrui qui eciā boanerges ex fir
mitate et magnitudine fidei sunt nominati. hic
est filius zebedei frater iohīs q post ascensioneꝫ
dnī ab herode occisus ē et interptat supplantator
q; curā carnis supplantauit dño uocāte et ipām
carnē herode cruciante contēpsit Vnde iacobita
nus a ū et het h iacobensis et h se hic dcūs est
iacobus maior sicut alter minor. primo rōne uo
cacōnis qm̄ pmus uocatus ē a xpo. secūdo rōne
familiaritatis qm̄ maioreꝫ familiaritateꝫ uidet
xpus hūisse cū isto q cū alio q; viꝫ ipm ad se
creta sua admittebat. sicut fuit ad puelle resusci
tacōnē. et ad gloriosam trāsfiguracōm Tercio rōne
passionis q; pmus int ceteros aplos passus est si
cut ergo dr maior alto ex eo q pmus uocatus
est ad aplatus grām ita pt dici maior ex eo q
pmus uocatus est ad eternitatis gloriaꝫ Iacobꝫ
alphei ob distinccōneꝫ prioris iacobi cognomi
natus est qui dr filius zebedei sicut iste filius al
phei cognomen ergo ambo a patre sumpserūt
Iste est iacobus minor qui ī euangelio frat dnī
dr ambo pdicti iacobi apli fuerūt et consobni
xpi hic iacobꝫ ut tactū ē dcūs ē minor ad drīaꝫ
iacobi zebedei. Licet enim iacobus zebedei natus sit
por. fuit tū uocacione posterior. vnde et hec con
suetudo in plis q; regionibꝫ obſuat ut ille qui
por ingredit maior uocet et ille qui posterior
minor licet sit por aut etate maior aut sanctita
te dignior dcūs eciā ē frater dnī ex eo q simili
mus sibi fuisse phibet. adō. q plīq; in eoꝝ spē
fallerent Appellatus eciaꝫ ē iacobus iustus ꝓpt
meritū excellentissime sanctitatis Vn̄ egesippus
aploꝝ vicinus Hic inqt ex utero matris sue sanc
tus fuit vinū et sicerā non bibit. carnes nunq̄
manducauit. ferrū in caput eius non ascendit.
oleo nō ē vnctus. balneis n̄ est usus syndone. i.
ueste linea semp indutus Tociens in orōne genu
a flexerat ut callos in genibꝫ sicut in calcaneis
uidet habere Hic solus int aplos ꝓpter nimiā
sanctitatē suā pmittebat in sancta sanctoꝝ int
re. ꝓpter eius eciā sanctitatē p ceteris aplis ihoso
limis ē epūs ordinatus. dr eciā q pmus inter a
plos missam celebrauit vide eciaꝫ in iohannes
Iattancia cie fe ge. i. arrogancia. supbia. va
nitas. et scribit p t h accipit sonū de c. fit eniꝫ
Iactarius rij vid in iactura Ca iactāti addita a
Iacto. A iacio iacis. ieci. iactum. iactu. u in o.
fit iacto as ibuꝫ fre. a quo dr iactito as aliud
fre Iteꝫ iactare ul iactitare ponit ꝓ gliari lau
dare gliando uanitate arrogare uel inaniter ꝓ
ferre Inde iactans sīt arrogans dr qui se uani
tat et alioꝝ institutis nō acquiescit h ꝓpꝫ quan
daꝫ uiā iusticie et sanctitatis inquirit Et compat
cior simus unde iactanter eius me adūbiuꝫ Xꝯ
Qui iacit hic iactat qui laudat sic quoq; iactat

Iactuarius in iactura uide
Iactura a iacio cis dr h iactura re. i. iactus
Iactura eciaꝫ dr dampnū. et ꝓprie quod naute
paciunt cū iminente et ingrauescente tempesta
te res suas in mare iaciūt scꝫ panē vinū pānos
et gnālit quitqt hnt ne ipa nauis nimio ponde
re reꝝ submergat vnde h iactarius qui freqnt
dampnū patitur. et ꝓpe qui ita res suas iactat
Et iactuarius a ū dāpnosus paciens ul inferens
dāpnū Inter dāpnū autē et iacturā est drīā q;
iacturam scientes et ultro patimur dāpnū inso
lito et nobis nescientibus fit sm papiam
Iaculator. toris. In iaculum uide
Iaculū li. a iacio cis dr h iaculū li. i. missile.
eo q iacitur ul mittit impetuose Vnd iaculor
aris iaculū īmittere et torquere Vn̄ h iaculator
oris et h iaculatorius ria riū. aliquid iocularo
rie ul qd est aptū ad torquend ul qd ptinet ad
iaculandū Iaculor conponit cū iaculor aris
cū omībꝫ suis compositis ē deponens Itē iaculū
dr quoddaꝫ rethe piscatoriū. silr a iaciendo vn̄
iaculator qui iaculū iacit ul facit. et cor cu
Iaculus li mas ge. quidā serpens uolatilis a ia
ciendo dictus q; de arboribꝫ se iacit sup anima
lia et ea pimit. vn̄ lucanus in ix. Et natrix vio
lator aque. iaculiq; uolucres
Iair. interptat uigilans seu. illuminans et ac ul.
Iairus ri. ꝓpum nomen cuiusdaꝫ uiri cuius fili
ā dns suscitauit ut habet math. v. et interptat
illūinans ul illuminacio seu uigilie aut uigilan
cius et ꝓducit penlt. vnde dr in aurora Mensa
leui splendet. curatur nata iapri
Iam. adūbiū est tpis Iambeus in iābus est
Iambus bi. quidam pes constans ex breui et
longa. et dr a iambos qd ē ascende ul ascensio
q; cito trāsimus et ascendimus a breui ad longā
uel dr a iambuzin quod ē detrahere ul rephen
dere ul uenenū q; inuentus fuit ad describendū
ueneuꝫ ire. et rephensiones et detcciones. vnde
Orac. Archilocū ꝓpo rabies armauit iambo.
vn̄ iambeus ea cū. et iambicus ca cū. et ē bissilla
bū iābus licet in pocō usu sit trisillabū p dieresiꝫ
Iamin. i. dextā et conponit cū ben et dr ben
Iamnies. acuit in fi. et interptat ma Iamin.
rinus suꝫ ubi est signū eius Cessit eniꝫ et defecit
signū eius corā signis moysi vn̄ et dixerūt ma
gi. hic digitus dei est.
Ianiculū culi templū Iani et dr a Ianus Iani
culuꝫ eciam dr oppiduꝫ ytalie. et hic ianiculus.
mons apud romā q; ibi olim colebatur Ianus.
Ianitor a ianua dicit hic ianitor toris qui et
ianuator dicitur. scilicet quj obſuat Januam.
Ianitrix tricis. q obſuat ianuaꝫ. et ianitrices
dnr uxores duoꝝ fratrū. quasi eandeꝫ ianuā te
nentes. ul p eandeꝫ ianuam iter hntes. et dicitur
a ianua ul a ianitor ꝓ formacōneꝫ. mutato or.
in rix ut ianitor trix et cor. in gtō an̄ ꝓd pnl.
Iantaculū. a ianto tas dr h iantaculū li cibus
quo soluit ieiuniū an̄ pndiū. vn̄ iantaculo las
et in deponenti gne iantaculor aris ideꝫ q iāto
tas Et scias q quidaꝫ corrupte solent ꝓferre h
uocabula p e in pma silla scꝫ ientotas et ienta
Ianto. a iano. deo Culo las. et ientaculuꝫ li.
pncipioꝝ dr ianto tas taui. et in deponenti gne
iantor aris. i. cōmedē ante pndiuꝫ h hug. Pap
eciā dicit iantare desinare dr uulgo Janto et gus

to ante pndiū. vñ quidā. Iantamus mane cena
Ianua. a ianus dr̄ h̄ ia ⁋ mus ueſpere facto.
nua e ꝓpe pmus ingreſſus ꝙ ianus ē deus pnci
pioꝝ cui antiqui omneȝ introitū et exituȝ ſacri
ficauerūt. vel ianua hoſtiū pforatū. quale uide
mus in cellarijs ꝑ qđ uideri pt̄ intus et extra
ſicut ianus uidet añ et retro fores ſunt q̄ extra
uoluūt̄ et apiunt̄. value que intus apiuntur et
uoluūt̄ Et ſunt duplices et replicabiles ꝙ in ſe
replicant̄ cū apiunt̄ ⁋ Et dr̄r ſic a uelando ꝙ ſe
uelent vel q̄i uolue ꝙ cū apiūt̄ cū difficultate
uoluūt̄ ul̄ ꝙ in ſe reuoluūt̄. porta ꝓpe eſt ciui
tatis Cū eniȝ antiqui ciuitatē aliꝗ̄ uolebant edi
ficare. in circuitu ducebant aratꝝ et locū muro
rū ſulco deſignabant Cuȝ ergo ueniebant ad lo
cū ubi porta debebat ee. ſuſpendebant aratꝝ ne
tangeret terrā. et portabant. ab illa portacione
aratri. locus ille dictus ē porta. et ſ̄ h̄ ꝓpe ciui
tatis ⁋ Poteſt eciā in alijs dici porta. ab exptaci
one et mptacōne reꝝ. ꝑ eaȝ facta ⁋ Poſticū uel
poſticū ul̄ poſtis ul̄ poſtica latēs ingreſſus in pre
poſteriori ul̄ qui reſpicit occidentē. Antica hoſtiū
ab antiori. uel qđ reſpicit orientē ⁋ Hoſtiuȝ dr̄
gnaliter ubicūꝗ ſit. ſiue ſint ualue ſiue fores ſi
ue aliqđ aliud Siľr et aditus dr̄ gnalit̄ hoſtiuȝ.
differūt tn̄. ꝙ aditus ē quo admittimur. hoſtiū
quo excludimur. vſus tn̄ hanc ꝓpetatem corrū
pit ⁋ Itē a ianua porta. dicta eſt quedaȝ ciuitas
potens nobil̄ pulchra et diues. iuxta mare ſita.
Et eſt q̄i introitus et porta lombardie. tuſcie ꝓ
uincie. Huius ciuitatis oriundus fuit conpilator
pn̄tis libelli qui dr̄ ꝓſodia ul̄ catholicon. Conpi
lator ſiquideȝ iſtius opis dcūs ē frater iohānes
ianuenſis de balbis de ordine fratꝝ predicatoꝝ
modicus Qui eciā conpilauit aliū libellū in the
ologia. qui dr̄ dyalogus de q̄ōnibȝ anime ad ſpi
ritū. Qui eciā compoſuit quoddaȝ opus paſcale.
ubi ſcȝ de facili repit̄ paſcha. Sȝ h̄ opus paſcale
compoſuit anteꝗ̄ ordineȝ intraret Et a ianua dr̄
h̄ et h̄ ianuenſ et h̄ ſe. patriū. et ianuinus a ū
Ianuarius. a ianua dr̄ hic ianu ⁋ poſſeſſiuū.
arius rij. ꝙ ianua eſt et introitus anni vel dr̄ a
iano ꝙ ianuarius ē pncipiū āni. ſicut ianus eſt
pncipiuȝ omīuȝ opm et inde ianuarius ria riū.
h̄ alio nomīe ionomus dr̄ ꝙ dīuȝ menſiū ſit pr
Ianuator. uide in ianitor ⁋ anuenſ. in ianua
Ianus ꝙ iam deſignat tēpus pn̄s ⁋ exponit̄
et ꝙ ſtatiȝ eſt cū quadā uelocitate ſequit̄ Inde
idō deriuat̄ h̄ ianus ni ꝓpter uelocitatē uidendi
añ et retro. cū ſit bifrons et eſt ianus pncipioꝝ
omīuȝ deus Et dr̄ bifrons. i. hñs duas frontes.
ſcȝ añ et retro Et ſ̄ h̄ ianus dr̄ mūdus ul̄ celū
qđ hȝ duas facies. i. duas portas. ſcȝ orientē. et
occidentē. ul̄ cancrū et capcornū. ſ̄ cū ianus dr̄
quadrifrons. h̄ refert̄ ad q̄tuor mūdi ptes uel
Iaphet interptat̄ latitudo ⁋ elementa ul̄ tra
Ex eo eniȝ ꝓplus genciū natus eſt Et ꝙ lata eſt
ex gentibus multitudo credencium. ab illa latitu
dine Iaphet dictus eſt. vide in gentilis.
Ias. uiride dr̄. ⁋ aſpis idis. fe ge. quedā gem
ma pcioſa eſt et uiridis. iaſ eniȝ uiride. pynayſiȝ
gēma dr̄ et ex eis componit̄ iaſpis et cor̄ pl̄r gn̄
Ibex ibicis. fe ge. genus eſt quadrupedis
ſcȝ caprea. que alio nomine dr̄ dorcas et
dr̄r ibices q̄i auices. ꝙ inſtar auiū ardua et ex
celſa teneant. et in ſublimitate inhabitent ita ut

de ſublimitate vix hūanis obtutibus cerni pn̄t
hee. ſi qn̄ aduſitatē animaliū ul̄ hominū pſen
ſerint de culminibus ſaxoꝝ altiſſimis ſeſe pcipi
tantes. ſuiſꝗ cornibus illeſas ſuſcipiūt. ſm pap
Et declinat̄ hec ibex huius ibicis et cetera pl̄r hee
ibices haꝝ ibicū etc̄. et cor̄ hi Iob. xxxix. nūq̄d
noſti tempus ꝑtus ibicū in petris. xv. Cornua
fert ibex Iob teſtis et ibicis inde De hoc ſupra
dixi in ſecunda pte ubi dixi de accentu nōmuȝ
Ibi aduībiū loci. componitur ⁋ deſinenciū in r
cū in et dr̄ inibi. i. in codeȝ loco et cum idem
et dicitur ibidem. i. in eodem loco. et acuit pn̄l.
duo eniȝ. i. conglutinant̄ in vnā longaȝ Itē con
ponit̄ cū alius et dr̄ alibi. i. in alio loco et cū
inter et dr̄ interibi. i. interim inſra in illo loco
Ibidem. In idem vide. ⁋ et corripit primam.
Ibis fe ge. grō ibis uel ibidis. eſt ciconia ſcȝ a
uis immūda que nūꝗ̄ ꝓicit ſe ad uolanduȝ niſi
ꝑus potet aquam. ꝙ roſtro poſteriora purgat. et
ꝙ auis eſt immūda ideo ouid uocauit ibidem ad
uſariū ſuū. et corriualeȝ. q̄ cū uxore ſua mecha
bat̄. Et libꝝ quē in eū ſcripſit ſic intitulauit O
uidius in ibin. i. contra ibin vñ ſic dicit. Ibidis
interea tu quoꝗ nomen habe.
Ibix ibicis fe ge. auis aquatica eſt. ſerpentibȝ
inimica ut dicit glo. ſup illud. pſa. xxxiiij. poſſi
debūt eā onocrocolus et ericius et ibex. Ir pſid
xij eth Ibices aues meridiana plaga uocat que
nili fluenta inhitant xv Ibex ibicis auis eſt. nili
ꝗ fluentis Et ſic ꝓducit pn̄l gn̄. ſ̄ Ibex ibicis ut
dixi ꝑ ex. corripit pn̄l gn̄.
Ibo ibis. futuruȝ de eo is. producit pmam.
Icarus cari fuit filius dedali vnde icarius
ria riū. et hinc mare dictū eſt icariuȝ. in
quo ſubmerſus eſt. et hec icaria rie. Inſula iuxta
quā ſubmerſus fuit. ⁋ cio icis. vide in ico icis.
Ictofagus. ab icius et fagin qđ eſt cōmedē cō
ponit̄ ictofagus ga gū. i. piſces comedens. vñ
ictofagi. quidā ppl̄i ꝙ nenando in mari ualeant
Icius icij qdā piſcis eſt ⁋ et piſcibȝ tm̄ alant̄
Ico icis iciſti icere ictū. i. pcutere vñ ictus ta.
tū. i. pcuſſus vñ homerus. Icta petit celū. terris
cithareā relictis. Numeri. xxxv. Ictus obcubuit.
Et h̄ ictio. i. pcuſſio Et h̄ ictus tus. tui. Et icto.
as. fre. quod freq̄ncius inuenit̄. Ictuo as. in eod̄
ſenſu ſcȝ freq̄nter pcutere Et hinc ſ̄ quoſdaȝ cō
ponit̄ abicio. deicio ſubicio et huiuſmodi cū ꝓ
ferūt̄ ꝑ vnū j. qđ eſſe non pt̄ ꝙ pteritū et ſup
iſtoꝝ nō pn̄t conpōnem recipere ab ico. deberet
eniȝ eſſe abici deici ſubici. et nō abieci ſubieci de
ieci ptitū. Licet ſ̄ quoſdā Ico cor̄ pn̄l in pn̄ti et
in ptito eaȝ ꝓducat. tn̄ ſ̄ alios in pn̄ti eā ꝓduc̄
Sȝ pdicta compoſita ſemꝑ cor̄ eā in pn̄ti Vnde
Lucrecius. Ex incorporeis ꝓpellit et icit Ita dicit
hug̓. Alij uō dicūt. cuȝ quibȝ ego. ꝙ ico icis ic
tā pn̄l longa ꝗ̄ breui. facit ſup ictuȝ ſ̄ non eſt
in uſu niſi pticipiuȝ ptiti tpis ictus Et ſcias ꝙ
inuenitur ico icis. et icio icis. Vnde pſtianus in
ix. libro. Inuenitur ſimplex icio icis
Iconia iconie. In icon eſt.
Icon conis exponit̄ in q̄rta pte in c de tropis
Iconomus ul̄ economus penl̄ cor̄ eſt tam pe
cunie ꝗ̄ fruguȝ et omīuȝ que poſſident̄ diſpenſa
tor vñ yconomicus xenofontis. liber pulcher ē
qui nō gubnacōneȝ ville ſ̄ diſpenſacōneȝ uniūſe
domus tulio interptāte ſignat vid̄ eciā in econo

Ictuo.ictuas. In ico icis eſt. (mus

Ictus icta ictuȝ. In ico icis eſt.

Idaliuȝ idalij quedā ſilua in.cipro inſula
in qua colitur venus. Vñ ipa venus et
quedā terra adiacens dcā ē idalia uľ idalis yda
lis uel idalidis Et hinc idalius lia lium.

Idcirco .i.ideo ꝓpterea et uideť eſſe ſimplex.

Idea idee.pnľ acuta exemplar uel forma Et
dr ab idos quod eſt forma Et inde h̄ et h̄ ideaľ.
et hoc ideale..i. formalis ymaginarius.

Idem conponiť ex is et demuȝ qi iſdemuȝ h̄
eſt iteꝝ is.eius femīnuȝ eſt eadeȝ.neutꝝ idem.I.
coř qui in maſculino ꝓđ xv ſleutꝝ curtat idem
ꝓducat maſcľus ideȝ.Et geminať conpō in neu
tro.dicimus enim idemtideȝ.i.ideȝ et ideȝ Cuius
obliqui caſus deficiunt Et nrs tam maſculim ꝙ
neutri ex duobȝ eſt corruptis necnon acĉs tam
maſ ꝙ fe.mutať eniȝ m in n añ d cā euphonie
ut eundeȝ eandeȝ qđ in alijs q̄ꝙ conpoſitis fieri
ſolet ꝓpter eandeȝ conſonantē ut quendā q̄ndaȝ
quoudaȝ quandā Que tñ pñt et p adieccōnem
bre extremā ſillaȝ Ceteri uo caſus ſupdictoꝝ ꝓ
nominuȝ.hoc eſt eadeȝ eiuſdeȝ eideȝ eodeȝ eedem
eiſdeȝ eaſdeȝ eoſdeȝ.ex integro et corrupto inue
niunť. Itaq regula exigit p duas ij uel p e et i.
tā ntm̄ pľem maſculinuȝ ꝙ dños et ablĉos diuȝ
gñuȝ plures ſcribi ꝑ ijdeȝ uľ.eideȝ et eiſdeȝ uľ ijſ
deȝ Solent eciā auctores p ſinerіſim. unam i.
ponere ꝓ duabȝ.ut patani ꝓ patanij Iuuenaľ
in iij Antonij gladios potuit contēpnere ſi ſic.
ꝓ antonij ſicut dicit pſti in xij libro ubi agit
de figura ꝓnomis vide eciaȝ in is ea id et in.
iij.pte.ubi agitur de ſin ſecunde declinacionis

Identidem. In idem exponitur.

Ideſt.ſupra exponitur in hoc eſt.

Ididia didie pnľ coř.nomen eſt ſalomonis Et
interprať dilectus dñi ꝓpter deū vel amabilis
dño.ꝓpter dñm vide eciam in eccleſiaſtes.

Idin. Interpretatur uidere.

Idioma atis.ge neu.dr ab idos qđ eſt ꝓpium
et bemū ꝙ eſt ſmo.uľ modulacio Inde idioma
ꝓpietas loquēdi in qualiȝ lingua.quot eniȝ ſunt
ligue tot ſunt et idiomata vnuſquiſq eni idiōa
te ſuo loquiť et ꝓđ pnľ ī ntō ſ in gtō eā coř

Idiopate.ab idios et patos ꝙ ē paſſio cōpōi
ť idiopate pates gĉa declina.et h̄ idiopatiсa cie
ꝓpa paſſio q̄ aliūde ñ infeťť.ſ intrinſecuſ naſciť

Idios grece.latine dicitur ꝓpium.

Idiota ab idus et iota ꝙ ē quedā ľra compo
niť idiota te cōis ge.i.illratus qi diuiſus a ľris
.i.indoctus et inſipiens.vel conponiť ab idus
et ote quod ē auris Inde idiota qi diuiſus ab
aure ꝙ quod audit.nō intelligit uľ idiota dr
ab idos quod ē ꝓpū et ethis qđ eſt mos Qui ꝓp
um morem ſue terre ignorat.Et producit pnľ.

Idithū. Interprať tranſiliens eos.uľ ſaliens ꝙ
q̄ſdā humo inhēentes et ea q̄ in imo ſunt cogitā
tes et in rebus tranſeūtibȝ ſpem ponentes tranſiliuit
canendo iſte qui uocať tranſiliens.et acuiť in fine

Idolatria.idolū cōponiť cū latria et dr h̄ et
h̄ idolatra re.i.cultor idoloꝝ .ſ.qui culturaȝ quā
dȝ impendere ſuo creatori.impendit idolo Vnde
hec idolatria trie.i.cultura ydoloꝝ ſeȝ quā idola
tra idolo impendit Et coř idolať pnľ naturaliter

Idoliuȝ dolij.dr locus ubi idolatre uenerantur
et colūt idoluȝ ſ pap.vñ i ad coř viij. In idolio
recūbentem.

Idolothicū.ci.componitur ab
idoluȝ et theos qi ydolo deificatū.i.ſacrificatū.i.
illud quod ydolo conſecrať et offertur.Et ſ cōpō
nē pnľ debet coř quā q̄dā conſueuerunt producē
ſ hug̃ Sȝ pt dici ꝙ eſt ſimplex et diuať ab ido
lū et ſic pnľ ꝓducit ſić huiuſmodi nōia a nōibȝ
diuata vñ quidā.Eſt locus idolū qđ ibi dať ido
lothicū.i.coř viij c.idolithicuȝ manducat.

Idolū ab idos qđ eſt forma dr h̄ idolū li.i.ſi
mulacꝝ.q̄d hūana effigie factū et conſecratū ē

Idoneus ab.idos qđ eſt forma dr idoneus a u̢
.i.irrephenſibiľ.aptus.utilis.conueniens.q̄ſi cō
formis cuilibȝ.qđ autē dr idoneus qi in ſe du
plex hñs donū.ethimologia eſt et compatur p
ſupplecōneȝ.idoneus.magis idoneus iſſimus vñ
h̄ idoneitas tatis cōuenienсіa.aptitudo.utilitas.

Idor.ab idro grece.latine dicitur aqua.

Idos g̃ce.latine dr forma vñ idea eſſe formaľ

Idra dre uľ idrus dri. In excedra exponitur

Idria drie quoddā uas aquatile et dr ab idor
uel idro quod eſt aqua.

Idrius drij.aquarius et dicitur ab idro aqua

Idro.in idor exponitur Idroſaba.be.ydro
componitur cū ſabos.quod greci tumorem uel
meatū dnt Et dr h̄ idroſaba be.i.aque meatus
hunc morbū latini ab aque meatu.limphaticū
uocant.Et fit ex canis rabidi.morſu.uľ ex eius
ſpuma.quam ſi homo uľ beſtia tetigerit.aut de
mencia repletur.aut in rabiem uertitur.

Idromalū li pnľ ꝓđ.quod fit ex aqua et ma
lis macianis Et componitur ab ydro.et maluȝ.

Idromancia idro cōponiť cū mante uel man
cia qđ eſt diuacio.Et dr h̄ idromancia cie.diua
cio que fit in aqua.Eſt enim ꝓpe idromancia.in
aque inſpeccione vmbras demonuȝ euocare et
ymagines uľ ludificacōnes eoꝝ uidere et ab eis
ibi aliqua audire vbi adhibito ſanguine eciā in
fans ꝓhibeť ſuſcitari.quod genus diuacōnis a
parſis fertur illatū. Vñ idromancius cia ciū uel
idromanticus ca cum.qui talem artem exercet

Idromanticus ca cū.pnľ coř. In idromancia

Idromellū li eſt aqua mellita qđ (exponiť
conſtat ex aqua cocta et melle Et cōponitur ab
idor aqua et mel Ideȝ et medo dicitur.ſ mulſuȝ
quod fit ex aqua cruda et melle.

Idropicus In idropis exponitur.

Idropis. Idro componiť cū peſte quod grece
hūor dr Et dr h̄ idropis idropiſis uľ idrops y
dropis.i.aquoſus hūor Eſt enim hūor ſuccutа
neus cū inflacōne et anhelitu fetido et inde idro
picus ca cū.pnľ coř.qui taleȝ infirmitatē patiť
et h̄ idropiſ ideȝ qđ idropis et coř pnľ idropiſ

Idumea ee quedam regio Vnde idumeus.ea.
eū pnľ acuta.Et interpretatur idumea ruſa uel
rubea.ſeu terrena aut ſanguinea.

Idus iduū idubus.fe ge.pľis nūj.i.diuiſio.
quarte decli. Vnde quidā dies menſis dictus eſt
idus qi diuiſio.ꝙ tūc diuidebantur a nūdinis
que durabant a nonis uſq ad idus.uel ꝙ tunc
diuiditur menſis.Non ꝙ in idibus ſit medietas
cuiuſlibȝ menſis ſ ꝙ in idibus ē diuiſio menſis
q̄ntū ad appellacōneȝ dieꝝ Ab idibus eniȝ.men
ſis non computať.niſi p ľras ſequentis menſis
vel dr ille dies idus.q̄ſi edus ab edendo ꝙ h̄ di
es apud ueteres epulaꝝ eſſet Et ab idus diuať

Iecerūt i.ľ iecere iduo as aui are.i.diuidere

preteritum eſt de iacio cis Et producit penultimam
Iechonias interpretatus preparacio domini et ac
Iecor oris .i. epar ſiue ficatum et ¶ penul
dicitur iecor qui iapir. quod ignis ibi iaceat et ibi
habeat ſedem qui in cerebrum ſubuolat inde ad ocu
los et cetera membra diffunditur et calore ſuo ſuc
cum ex cibo tractum uertit in ſanguinem Et nota
quod antiqui dicebant hoc ieciner uel iecinus iecanoris
pro quo dicimus hoc iecur ris. Et conſiſtit in iecore
concupiſcentia. ſicut enim corde ſapimus ita ieco
re amamus. et cor penul in gto et eciam in nto
Vnde Splen ridere facit cogit amare iecor Vide
Ieiunium nij dicitur quoddam ¶ in Cor cordis
inteſtinum tenue ſemper et uacuum Vnde dicitur
hoc ieiunium quod ſui media viſcera uacua et exi
nanita exiſtunt Et eſt ieiunium parſimonia uictus
et abſtinencia ciborum a ieiunium deriuatur ieiuno
as. aui. are. atum .i. a cibis abſtinere Et eſt neutrum
cum omnibus ſuis compoſitis Et ut dicit ieroni
mus ſuper marcum medicina cuiuſlibet volneris ad
bibenda eſt ei. non ſanat oculum quod calcaneum ie
iunio paſſiones corporis oracione ſanantur peſtes
mentis. Et ambroſius dicit in examerone. Ieiuni homi
nis ſputum ſi ſerpens guſtauerit moritur. Vides
quanta ſit vis ieiunij. ut ex ſputo ſuo homo ter
renum ſerpentem interficiat et mento ſpiritualem
Quando autem ieiunia quatuor temporum anni aga
tur Hijs verſibus habetur volt crux lucia cinis
cariſmata dia Quod des nota pia quarta ſequens
feria Hic nota quod quadrageſimale ieiunium arcius
obſeruatur quam alia ieiunia quia in eo xpiſtum ſecundum mo
dum noſtrum imitamur Et ideo. quamuis eſus caſei et
ouorum ſit in quadrageſima generaliter interdictus tamen
in alijs ieiuniis apud diuerſos eſt diuerſus abſtinen
cie modus et conſuetudo quem quiſque ſeruare debet
ſecundum morem eorum inter quos conuerſatur. Vnde dicit
ieronimus de ieiuniis loquens. vnuſquiſque prouinci
a habundet in ſuo ſenſu Vnde in huiuſmodi ie
iuniis. oua et lacticinia poſſunt comedi ſecundum mo
rem et conſuetudinem generalem patrie Item vigi
lie omnium apoſtolorum ieiunari debent. exceptis tribus
ſcilicet philippi et iacobi et iohannis euangeliſte
quoniam illorum feſtiuitas eſt infra ſolemnitatem
paſchalem. Iſtius autem infra natale domini celebra
tur ſicut dicitur in quadam decretali. vnde patet quod
in uigilia beati mathie debet ieiunari Item ſcias
quod ieiunium exaltacionis ex inſtinctu ſpiritus ſancti
procedit qui eſt ſpiritus libertatis et ideo hoc ieiuni
um ſub precepto cadere non debet Ieiunia uero
que precepto eccleſie inſtituuntur ſunt magis ieiuni
a afflictionis. que non conueniunt in diebus leticie
propter quod non eſt ieiunium ab eccleſia inſtitutum
in toto paſcali tempore ſiue in quinquageſima nec
eciam in diebus dominicis. quibus ſi quis ieiunaret
contra conſuetudinem populi xpiani faceret que ut
auguſtinus dicit eſt pro lege habenda. Vel eciam ex ali
quo errore ſicut manichei ieiunant. qui neceſſari
um tale ieiunium arbitrantes. non eſſet a peccato immunis
quamuis ipſum ieiunium ſecundum ſe conſideratum omni tem
pore ſit laudabile. ſed quod ieronimus dicit ad lucinum
utinam omni tempore ieiunare poſſimus. uide in quadrageſima
Iens euntis De eo hic Ibam. Et formatur ab
ibam. bam mutatur in ens Et habet in obliquis
en pro ie. vide in eo. is
Iepte interpretatur apiens uel aptus
Ieroboam interpretatur ſuperius diiudicans uel
cauſa populi et ut diuiſio populi ſiue diſcernens populum
quod in regno eius diuiſus fuit populus iſrahel. et pre
Ieſſe interpretatur ¶ ciſus a regno ſtirpis dauid
in ſole ſacrificium uel incenſum. vel incendens ſiue in
Ieſus hebrice ¶ cendium et fuit pater dauid
grece ſother. latine ſalutaris. ſiue ſaluator interpre
tatur. quod cunctis gentibus ſalutifer uenit. et ſcribitur
hoc nomen tribus litteris cum titulo. ad deſignan
dum a miſterium trinitatis ſic ieſus Errant autem
ſcriptores qui per iſta figura ¶ que extra quoque pre
deuatur equaliter ſcribunt ibi h que eſt nota latine
aſpiracionis. Non enim eſt ibi aſpiratio. Et uide
iſtud nomen ihesus impoſitum eſt ab angelo.
et habet tres terminaciones ſcilicet in nto in ſus in
acto in ſum. in reliquis in v. ſcilicet in gto. dto.
vto. ablto. ſcilicet ihu. quod non inuenies in aliquo
nomine quarte decli Et forte habuit tres tantum termi
naciones. ad notandum quod in xpo tres ſunt ſub
ſtancie. ſcilicet diuinitas. aia. et caro. et cum uerus
deus et homo. vide in iuda
Ignarus. ra. rum. componitur ab in et narus
uel componitur ab in et naris Inde ignarus
inſcius rudis et qui ignorat et qui ignoratur ſic appel
latur et dicitur ignarus proprie qui oblitus eſt et perdidit
memoriam. qui ſine naribus offeciſſe veteres ſciſ
ſe dicebant Et hic ignoro. as Et nota quod .g. quoque
apponitur huic nomini narus per protheſim et in omni
bus ab eo deriuatis Quidam tamen dicunt quod ſit
ibi naturaliter. ſed hoc in compoſicione .n. non tranſit
in g. ſed ſubtrahitur et producit penultimam vnde quidam
Pandit et ignaris queſtio certa frequens
Ignauus ex. in. et nauus. a. vm. penultimam producit
componitur ineffícax piger inſipiens ſtultus Et com
paratur vnde ignaue uel ignauiter ignauius me adiuui
et hec ignauia. uie .i. pigricia tarditas ſtulticia. et eſt
corporis. quod autem dicitur ignauus qui igne ai
uacuus. ethimologia eſt. Et nota quod huic nomini na
uus quandoque apponitur .g. per protheſim ut gna
uus et in omnibus ſuis diriuatis quod tamen .g. dicunt
eſſe quidam de integritate diccionis Et ſed hoc in
compoſicione n non mutatur in g. ſed ſubtrahitur
Ignearius ab igne dicitur ignearius. ria. rium
.i. ignem continens vnde dicitur hoc ignearium .i. focarium
Igneolus in igneus exponitur
Ignesco. cis inchoa ab igneo. es poteſt eciam
Igneus ab igne ¶ dici igniſco. cis ab ignio. is
dicitur igneus. nea. neum .i. ad ignem pertinens
vel de igne exiſtens uel reſplendens. uel ardens. et
igneolus. la. lum. penultimam corripit Prudencius in libro hym
Ignicremus ¶ norum vigor igneolus non ruit
a. um. penultimam corripit .i. igne crematus uel igne cremans
Ignibulum. li .i. thuribulum et dicitur ab igne
Igniculus. culi dimi paruus ignis et corripit penultimam
Ignio is. iui. itum. dicitur Et eſt ignire inflam
mare calefacere Vnde ignitus. ta. tum. inflamma
tus vel ardens Et tunc eſt nomen ab igne Item
ab igne deriuatur igneo. es .i. inflammare calere
vnde igneſco. cis. inchoa Ignio componitur ad ig
nio. is .i. inflammare Ignio actiuum eſt cum omnibus
ſuis compoſitis et ab ignio igniſco. cis. inchoa
Ignis a gigno et in componitur hic ignis qui non
gignens quia nichil ex eo gigni poſſit ſed conſumit
cuncta que rapit Et eſt proprie ignis ipſa flamma quod au
tem fouet ignem Focus eſt Et facit ablatiuus ſin
gulare uel igni. et acc pluralis ignes uel ignis. et ſunt
tres ſpecies ignis. ſcilicet lux flamma carbo Et

ſcias ꝙ ignis in ſua ſpera non lucet. qꝛ ſic tege
ret corpora celeſtia vide etc in elementū et terra
Igniſco in ignio. is vide
Ignivomus. a. um. penl' cor. i. ignē vomens
ab ignis et uomo. is cōponitur
Ignobilis nobilis cōponitur cū in et dicitur
h. et h. ignobilis. et h le. q̄i non nobilis q̄ fere
nō cognoſcitur. cuius et genus et nomen ignora
tur Et cōparatur vnde ignobiliter. lius. iſſime
adūbium Et h ignobilitas. tatis
Ignominia. Nomē componiẽ cū in et dicitur h
ignominia. nie. i. infamia. q̄i contra nomen. ſʒ ig
nominia imponitur poteſtate alicuius Sed infa
mia fit multoꝝ cōſenciente ſermone. vnde igno
minioſus. ſa. ſum. infamis vituperator vnde ig
nominioſe adūbium. et h ignominioſitas tatis
ſ̄ hug. invenitur eciā ignominium. vnde dicit
pap̄ Ignomiūm dictum qḋ deſignat habere no
men. is. q̄ in aliquo crimine dep̄hēditur q̄i ſine
Ignero ab ignarus dicitur ignoro ¶ nomine
ras. aui. et ſcias ꝙ ignoramus ea quoꝝ noticiā
habuimus ſʒ obliti ſumus. vl' q̄ ſcire deberemus
ſʒ quodam uicio pigricie neſcimus Ea uero neſ
cimus q̄ nūquam ſciuimus. vnde ignoranter et
h ignorancia cie ſ̄ hug Iob xix. ſi ignoraui me
cum erit ignorancia mea. Vide in erro. ras. Hic
nota ꝙ ignorancia differt a neſciencia. qꝛ neſci
encia dicit ſimplicem ſcire negacōnē vñ cuicūꝗ
de eſt aliq̄rum reꝝ ſciencia poteſt dici neſcire illa
ſ̄ quem modum dyabolus in angelum neſcien
ciam ponit vj c eccleſiaſtice ierarchie. Ignorantia
uero importat ſcientie priuationem dum ſcilʒ ali
cui de eſt ſciencia eoꝝ q̄ aptus natus eſt ſcire
Hoꝝ autem q̄dam aliquis ſcire tenetur. ſcʒ illa ſi
ne quoꝝ ſciencia non poteſt debitum actum rec
te exercere vnde om̄es tenentur ſcire cōmuniter
ea que ſunt fidei et vniūſalia iuris p̄cepta. ſinguli
autē ea que ad eorum ſtatū ul' officium ſpectant
Vnuſquiſqꝫ enim tenetur ſcire ea que ad ſuū offi
ciū ſpectant. Quedam uero ſunt que et ſi aliquis
eſt natus ſcire. non tñ ea ſcire tenetur. ſic et the
oremata geometrie. et cōtingencia p̄ticularia. niſi
in caſu. Manifeſtum eſt autem ꝙ quicumꝗ negli
git habere ul' facere id quod tenetur habere uel
facere peccat peccato omiſſionis. ¶ Vnde. ꝓpter
neglienciam ignorancia eoꝝ que q̄s ſcire teneẽ
eſt pcīm. nō autē imputatur hōi ad negligenciā
ſi neſciat ea q̄ ſcire nō poteſt. Vnde hoꝝ ignorā
cia inuincibilis diciẽ qꝛ ſcilicet ſtudio ſupari nō
poteſt. Et ꝓpter hoc talis ignorancia cum non
ſit volūtaria eo ꝙ non eſt in poteſtate nr̄ā. eā
repellere nō eſt pcīm. Ex quo patet. ꝙ nulla ig
norancia inuincibilis eſt pcīm. Ignorancia vinci
bilis eſt pcīm ſi neſcit eoꝝ q̄ quis ſcire tenetur
nō aūt eoꝝ q̄ quis ſcire nō tenetur vide in ſcien
cia et in infernus. Et ſcias ꝙ aug̃ ad ualentinū
dicit. licʒ grauius ſit peccare ſcienter q̄ neſcient' nō
ideo tñ fugiendū eſt ad ignorancie teneb̄s ut in
eis q̄ſq̄ excuſacōnem req̄rat. Aliud enim eſt neſ
ſcire aliud ſcire noluiſſe qꝛ in eis q̄ ſcire noluerit
ip̄a ignorancia pcīm eſt. Hoc aūt ueꝝ eſt ſi ſit
eoꝝ q̄ quis ſcire teneẽ alias non. qꝛ habere etc
nolūtatem non ſciendi geometriam pcīm non
eſt ei q̄ eā nō ꝓfitetur p̄ officiū magiſtri. Et ſub
dit aug̃. In eis uero q̄ non potuerūt pena pecca
ti Ignorancia vero q̄ non eſt eorum que ſcire uo

lūt. ſʒ qui tñ ſimpliciter neſciūt ſcilicet nō renu
entes ul' ꝓponentes ſcire. nullum ſic excuſat ut
eterno igne non ardeat ſʒ fortaſſe ut minus ar
deat flam ſicut dicit ap̄l's p̄ma ad cor' xiiij Ig
norans ignorabitur. i. a deo rep̄babitur. et in
tellige de ignorancia eoꝝ q̄ quis ſcire tenetur
ſiue eoꝝ q̄ p̄tinent ad fidē ūtutē et bonos mo
res. uide in cōſciencia
Ignoſco. cis. ignoui. tum. i. remittere indulge
re et eſt in p̄uatiuum. Nam illḋ ignoſcimus ꝙ
amplius noſcere nolumus Et poteſt cōponi. ex
in. et noſco. Et ſic mutatur n. in. g et facit p̄ti
pium futuri ignoturus Inueniẽ etc ignoſciturus
Ilas fluuius aſie et. ila. ul' ilas armiger ul' a
maſius herculis qui fuit raptus a nimphis cum
exhauriret aquam de quodā fonte
Ile. iles. fe ge interpretatur ſilua et eſt dicta ſic
primordialis materia q̄ q̄dam uocauerunt ſil
uam. q̄dam poſſibilitatē quidā inter aliqḋ et
nichil. q̄dam inter aliq̄ et nullam ſubſtāciam
q̄dam receptaculū oim̄ formaꝝ. quidā corpus
incorporeum et aliis ad huc nōibus ph̄i eam
uocauerunt. Si queras vtrum ile ſit aliqḋ uel
nichil non h cōcedimus. ſʒ eſt inter aliqḋ et ni
chil. de h dicit calcidius ſuper platone. ſic nichil
videndo videmus tenebras. et nichil audiendo
audimus ſilencium. ſic nichil intelligendo intelli
gimus ile. Vnde aug̃. Cum aliqḋ informe cōcipi
o. prius nichil intelligo q̄ intelligam. Et ab ile
dictus eſt ileus q̄dam gigas ꝓpter cōfuſionem
et magnitudinē eoꝝ. et ac in fine ile iles
Ile. ab ilos qḋ eſt obuoluere dicitur h ile. ilis
tercie decli. et in ſin. et in pl'i. et dicitur ilia. ab
ilios qꝛ ibi nos obuoluimus. vnde ſ̄ q̄ſdam cō
ponitur exilis q̄i extra ilia. lucanus in iiij. alli
gat et medium cōpreſſis ilibus artat. et ſcribiẽ
Ilex. cis. fe ge. eſt q̄dam arbor glan ¶ p̄ unū. l.
difera et dicitur ilex q̄i elex. ab eligendo ſiue eli
go. is qꝛ huius arboris fructum p̄mū. hoīes elige
rūt ſibi. et ſcribiẽ p̄ vnū. l. et ꝓduẽ tñ p̄mā. vñ
in aurora diciẽ. tres iuuenes vidit ſtans ſub ilice
Ilia. ilium. ilibus. uide in ile. ilis ¶ mambre
Iliacus. penl' cor' vide in ilios. et in ilius
Iliades in ilius vid ¶ Ilicet penl' cor' ire licet ex
plero enim officio ſuo ſacerdos dicebat ilicet q̄i
ire licet. magis aūt corruptum eſt poſtmodū. et
dictum eſt illico. i. cōtinuo. adūbium t̄pis. vt di
cit alexāder neq̄. Et ſic ſcribitur p̄ vnū. l. ꝓduẽ
tñ p̄mā vñ in greciſmo dicitur. Concito cōfeſti
Iliceus. cea. ceū ¶ mox protinus illico ſtatim
. i. de ilice exiſtens vl' ad ilicem p̄tinens. Et diciẽ
Ilico adūbium t̄pis ¶ ab ilex. icis et cor' ce
et ſ̄ pap. ilico. i. cōtinuo ſubito ſtañ iterato. uide
Ilion in ilius uide ¶ in ilicet
Ilios grece latine obuoluere dicitur. vnde ilios
ul' ilion obuolucio et dolor inteſtinoꝝ. qꝛ inteſti
na ſepe p̄ dolore inuoluūtur. Et hic iliacus. a. ū
q̄ talem infirmitatē patiẽ. hij et turminoſi dicū
Ilus. ilus fuit ¶ tur ob inteſtinoꝝ tormenta
quidā rex troianus. vnde troia dicta eſt ilium
Et nota ꝙ troia eſt regio aſie. iliū vero ciuitas
troie. Quādoꝗ tñ troia accipitur ꝓ illa ciuitate
Et tūc ilium accipitur ꝓ quadā eminentiſſima
turri illius ciuitatis. Et inueniẽ h ilion indecli.
et h ilium. lii. et h ilios. ilior. Et hic poteſt dici
h ilius. ilij. vnde h. et h. ilienſis. et h ſe. et iliacus

ca.cũ.i.troianus.Et.h.iliades.de.troianus.vnde
ſubtracta de ſilba dr.ilias.adis.femina troiana
Illacrimor .ex in.et la ¶.pel' gti cor
crimor cōponit illacrimor aris.et eſt illacrimari
intus lacmari.ul' cōdolere.Et eſt deponens licet.
antiqtus.inuenit in neutro genere vñ.boet.in
ſecundo de conſolacione.Alius prole letatus.filij
filie ue delictis.meſtus illacrimat
Illaudabilis In laudabilis uide.
Illaudatus In laudatus exponitur
Illecebra.ab illicio.cis.dicitur.h illecebra.bre
.i.carnal' delectacio q̄ hominem illicit licet et
ꝓ alia delectacōne inueniat et inde illecebſus
ſa ſum.i.delectabilis illecebris plenus Et cōpat
vnde h illecebroſitas tatis Itē ab illecebr illecebr
as .i.illecebris attrahere ſeducere illicere Et corri
pit ce naturaliter
Illecto as freqnter illicere ab illicio xi ctum
Illectus ab illicio.is xi ctū dr illectus a ū .i.il
laqatus ſeductus in licō poitus Jaco.caplo ꝑmo
abſtractus et illectus
Illepidus a ū ſuauis inſipidus ab in et lepidus
Illex ab illicio.cis.dicitur illex cis.qui.aliqd di
cit ad fraudem qd et abſolute ꝓ fraudolento di
cit et deceptorie. vnde plantus.Eſca eſt meretx
Illibatus.ta.tū.i.intactus ab ¶ pectus illex
in et libatus ¶ Illiberal' ab in et liberal' cōponit
h et h illiberalis.et h illiberale .i.non liberalis
Illicio.cis illexi.ctū ab in et licio.cis et eſt illi
cere illaqueare in fraudem ducere.Et cor.li
Illicitus.ta.tum.i.non licitus ab in et licitus
Illido dis illiſi illiſum illidere.i.intus ul' ualde
ledere ab in et ledo dis vñ illeſus a um.i.intus
uel ualde leſus Et producit li ubiqȝ.
Illiria fe ge regio eſt iuxta mare adriaticum.
vñ illiris ridis et illiricus ca cū pnl' cor vnde ad
Ro c xv.uſqȝ ad illiricū Et illiris dr idem ꝙ illi
ria et h illirica ce quedā herba q̄ in illiria abun
Illiricus In illiria exponitur. ¶dat.
Illiſus ſa ſum In illido illidis uide.
Illitteratus ta tum In litteratus exponitur.
Illo aduerbiū loci et acuitur in fine mathei ij
Illotus ta tū. ¶timuit illo ire.i.ad illū locū
pnl' ꝓd.i.nō lotus inmūdus et cōponitur ab
Illumino as aui in lumino uide ¶in et lotus
Illunis ab in et luna componit h et h illunis
et h illune ſine luna ul' obſcurus et ꝓducit pnl'
Illuſtris ab illuſtro as qd componitur ab in
et luſtro as dr h et hec illuſtris et h tre.i.preda
rus.nobilis.qui ualde illuſtratur.
Illuuies ei fe ge dr ſqualor ul' īmūdicia mor
bus ul' ſordes Et dr ab illuo is qd eſt maculare
quia deturpat et maculat rem in qua eſt deutro
xxviij.ſuper illuuie ſecundaꝝ.i.ſup illuuioſis et
putedris ſecundis ut fiat endiadis.
Illus In ilius uide
Imaginor aris.ab ymagine dr Et ē ymagina
ri abſentem rem ꝑcipere.uel ymaginem rei ab
ſentis vnde h ymaginacio onis.i.uis anime qua
quis comphendit formas cū materia re abſente Sȝ
h aut eſt recordacōnis.aut imitacōnis.aut con
fictionis.Recordacōnis cū eandeȝ rem ymagina
mur que ꝑus fuit ſubiecta nrō ſenſui Imitacōis
cū rem ſimilē non eandem.Confictionis.cū con
formamus in mente aliquid quod in reꝝ nrā
natura nō patit inueniri.ut chimeram ex capite
leonis.pectore hominis.uentre aſini.cauda ſer
pētis ꝑma imaginacō cōis ē nob cū beluis ſecū
da et tercia eſt ꝓpa hominis Itē ab ymaginor h
et h imaginabil' et h le.qd aptuȝ ē ymaginacōe
ꝑcipi et imaginatorius ria riū qd imaginacōne
ꝑcipit uel ꝑcipitur.uel ꝙ ptinet ad imaginem
Imago.inis.fe ge.rēmacio a ¶vide in mulus
lacius rei et dr imago ab imitor aris.qi imita
go ꝙ imitatur rem cuius eſt in corꝑalibus linea
mentis et diſpōne ꝑciū.aliter nō dr imago ꝓpe
Vñ ymaginarius ria riū qd ptinet ad ymagineȝ
uel qd ꝑcipitur umbratiliter et quadā imagina
cōne ¶ Et ſcias ꝙ triplex ē ymago.ſcȝ creacōis
recreacōis.et ſilitudinis.ſicut dicit glo.ſup illud
ps.ſignatū ē ſup nos lumen uultus tui dñe etc
Ex hoc patet ꝙ eſſe ymaginis.nō ſolū eſt natu
re.ſed gr̄cie et glorie.qr ymago creacōnis.ē natu
re.ymago recreacionis ē gracie.ymago ſilitudi
nis eſt glie ¶ Itē nota ꝙ hō factus ē ad ymagi
nē et ſilitudinē dei.ad ymagineȝ.qntū ad natu
ralia.ad ſilitudineȝ.quātū ad gratuita.Sȝ anim
aduerte ꝙ ymago qntū ad eſſe.cōſiſtit.in ſol' natu
ralibȝ.qntū autē ad bene eſſe.ul' pfcē ul' pfectū
eſſe.in gratuitis ¶ Treȝ ſcire te uolo ꝙ triplex fu
it racio inſtitucōnis ymaginū in eccleſia.prima
ad inſtructionē rudiū qui eis qi quibȝdā libris
edoceri uident.ſecunda ut incarnacōnis miſteriū
et ſanctoꝝ exēpla magis in memoria nrā eſſent
dū cotidie oculis noſtris repñtant Tercia ad ex
citandū deuocionis affectū q ex uiſis efficacius
excitat ꝙ ex auditis vide eciā in latria Item de
ymagine faciei xpi dicam in iuda
Imbecillis.ex in et baculus componit inbecil
lus la lū.et h et h inbecill' et h le in eod ſenſu
.i.ſine baculo.i.ſuſtētamēto uirtū.i.debilis.fragi
lis.vnde inbecillo las lare.i.debilitare.uerbum
actiuum Et inde uerbalia.
Imbellia lie.i.debilitas ab inbellis dnatur
Imbellis.ab in et bellū cōponit h et h inbell'
et h le.i.eneruis fragilis debilis et mutat n in m
Imber.ab inebrio as dr h imber bris pluuia
vis repentina ad nubes et pluuiam ptinens.dic
tus qr terram inebriet ad germinandū et deſinit
abltīs in j Inuenit eciā in e ut dixi in ablto ter
cie decli.compoſita autē faciūt in j ut ſeptembri
Imbrex bricis In imbricium eſt.
Imbricū.ab imber dr h imbricū cij.ꝑ quod
aqua elicit ſcȝ lauariū fluariū ul' canalis.qd alit
dr h imbrex cis.et cor pnl' gñ vñ prudencius.
Imbricibus ruptis undantis deſup anxi Imbrices
eciā dñr tegule.qr capiūt imbres.et eſt ethimo.
Imbriculus li.dimi.paruus imbrex.
Imbricus ca cū.pnl' cor.et imbricoſus a ū.i.
pluuioſus.ab imber dicitur.
Imbulus.ab ambulo las dr hic imbulus buli.
mas ge.pnl' cor.i.porticus lata et ſpacioſa.et dr
imbulus.qſi inambulus.locus ad ambulandum.
ſpacioſus.ſ hug.Pap uo dicit imbuli dicti ul' qr
ſub uolumine ſunt vel qr ſub hijs ambulamus
ſunt enim plateaꝝ porticus.
Imbuo buis.exponitur in buo is.
Imeon uel ymon grece ceruix.
Imitans.in imitor uide.
Imitatorius ria riū.i.dignus imitacione ul' q
aliquē imitatur et dr ab imitor aris.
Imitor aris imitatus ſum imitari.i.ſequi.vñ

h imitator oris et h imitatrix tricis. et h et hec
et h imitans tis pticipiū ezechiel xxi. ſabatoꝝ
imitans. et cor pnl̄ et eciā pmā vn̄ patet q ſcri
bitur p vnū m. Vn̄ lucanus in pmo. et qui re
laxis imitantur ſarmata bracis. et in aurora. q̄s
imitans preſul bis ſex fert pectore gemmas
Immanis. manū. i. bonū cōponit cū in et dr
h et h imanis et h ne. q̄ſi ſine manu. i. ſine bono
ſcꝫ efferus crudel' immāſuetus terribil'. et cōpatur
immanior ſſimus. vn̄ immaniter nius me adūbi
ū. et h immanitas tatis. i. crudelitas. Et q mag
na ſolent eſſe crudelia et effera et terribilia. ideo
inmanis īuenitur p magnis. grandis p crudeli
ul' immanſuero ſiue ſupbo inuenitur Job xxxvj
Immanibus lux abſconditur. quod exponens
gg in mor. dicit Immanibus lux abſconditur
q nimiꝫ ſupbientibus ūitatis cognicio denegat'
pōt eciā h gg ibi immāibus eſſe due dcōnes ſed
Immaturus. ab in et ma tūc ſcribitur p n
turus componitur imaturus ra rū. i. non matu
rus. acerbus. Et compat' Vnde pſa. xviij. Ante
meſſem enī totus effloruit et imatura pfectō
germinauit. vn̄ h immaturitas tatis non matura
acerba. Immaturitas eciaꝫ dr nocturnū tēpus qd
non eſt matuꝝ. i. oportunū ut aliquid agat' vigi
lando qd eciā uulgo dici ſolet hora importuna.
Immemor. In memor uide.
Immemoracio onis. fe ge. i. obliuio. ingratitu
do. nō recognicō. ab immemoro ras. ſap xiiij. c.
Immineo. es ui Bonoꝝ dn̄i immemoracō
ex in et maneo manes. et mutat' a in J. et n in m
et eſt imminere impendere ingruere ſupſtare inſta
re pn̄s eſſe. vn̄ imminens. tis. gn̄is om̄is. Et cō
patur imminencior ſſimus. Et imminenter cius
iſſime. adūbium. et imminencia. cie. et cor mi
Immitis. ex in et mitis. uide in mitis. et prod
Immolo las laui componitur ex in et mi
mola le. i. puls ex farina et aqua et ſale que olim
uictime inter cornua pfundebant' et mutatur. n.
in. m. q non poteſt ſtare ante. m. et ſic immolo
ſcribitur p duo m Et eſt īmolare. ſacrificare. q̄ſi
molam infundere. uel mola pfundere. vel īmola
re componitur ab in et moles q̄ſi in mole alta
ris uictimā ponere. vn̄ et īmolacio dictū eſt ab
antiquis. eo q in mole altaris poſita uictima
cederetur. vn̄ mactacio poſt īmolacionem erat ſꝫ
nūc īmolacio pani et calici conuenit. vn̄ īmolati
cius cia ciū. i. ſacrificatiuus ſcꝫ qui īmolatur et
Immotus ta tū. pticipiū de īmoueo cor mo.
or ul' pt eſſe nom̄ cōpoſitū ab in et motus q̄i
Immundus da dū. i. inpurus et nō motus
cōponit' ab in et mūdus et compat' imūdior ſſi
mus vn̄ imūde dius me adūbiū et h imūdicia e
Immunis. ab in et muniū componitur h et
h inmunis et h ne. i. ſine munio. i. tributo ſcꝫ li
ber qui nulli eſt tributarius. vn̄ et ſepe imunis
dr expers. alienus. ſine pte. Item imunis. i. non
munificus q̄i ſine munio. i. munere vn̄ in pūer
bio ueteri dr. imunes ciues odere ſui Itē immu
nis qui non facit munia. i. officō non fungitur
Eſt enim om̄i puilegio uacuus et dono. ſcꝫ uicio
ſus. piger. uentri indulgens. Et conſtruitur hoc
nom̄ cū gtō et ablō. ut inmunis picli et picu
lo. et hinc h immunitas tis et pd pnl' immunis
Immo dr ab ymus a ū. et eſt adūbiū eligendi.
et tn̄ ualet quantū pocius. aliqn̄ eſt adūbiū af

firmandi et tunc tn̄ ualet q̄ntū certe. aliqn̄ eſt
coniunccio illatiua. et tūc tantū ualet q̄tū ergo
et eſt ſcribendū imo p unū m. et cā differencie
ad abltm̄ predicti nom̄is ſcꝫ imus ima imū dꝫ
eſſe accentus in fine et debet in aliq̄ntulū compſ
ſe ſonare cū j licet ſit de ſeqn̄ti ſill'a. ſed cā diffe
rencie h fiat. Ita uult hug. Quidaꝫ tn̄ dn̄t q nō
optet q ymo aduerbiū accentuetur in fine ad
differenciam huius abln̄ ymo q ſatis patet dif
ferencia inter ea cū ſint diuiſe ptes orōnis. ut in
ſecūda pte tetigi p ſimile. ubi egi de impedimn̄tis
accentus. in c de impedimento differencie. et pd
pmā ymo. vnde vindocin̄ Sponſam nō cupias
quā duxit pximus ymo. Floreat illeſus pximi
tatis amor. quidā aūt dn̄t q imo ſcribit' p duo
Imon ūl imeon gce ceruix m q̄ſ nō ſequor
Impar paris. ſine pare. nō par. infimus. et cō
ponit' ab in et par et ē om̄is ge. et cor pnl' gn̄
Impaciens. exponitur in paciens.
Impedatura e. dr pede menſura. ul' impſſio ul'
inueſtigacō. peda aūt dr ueſtigiū hōis vn̄ pt di
ci pedo das et. p compōnē inpedo das et inde hec
Impedio dis diui ditū dire. impedatura re
. i. retinere q̄i impeditā trahere uel impeditā po
nere Et componitur ab in et pedita Et ab im
pedio hoc impedimentum ti.
Impegi preritū de inpingo gis et pducit pnl'
Impello lis puli pulſum. ab in et pello lis Et
mutatur n in m et eſt impellere q̄i intus ul' ual
de pellere vnde impulſus et impulſiuus a um.
Impendeo es pendi ere penſuꝫ. i. imminere in
gruere inſtare ſup pendere Et componit' ab in
et pendeo des. heſter xiij. Eo q eis certa mors
impenderet. i. immineret uel inſtaret.
Impendium. ab impendo dis dinatur hec im
penſa ſe. et h impendiū dij. ambo p expenſa ul'
diſpenſa. et impendeo adūbiū. i. ſedule. intente.
Inuenitur eciā impendiū p ſtudio. et ſedulitate
vn̄ impendioſus ſa ſum. i. ſedulus. intentus. vn̄
impendioſe adūbiū. et hec impendioſitas tatis.
Impendo dis di impenſum dere. i. donare. exhi
bere. Et componitur ab in et pendo dis.
Impenetrabile. i. inacceſſibile ſm papiam.
Impenitens. ge omnis. i. non penitens. Ex in
Impenſo as. frequen et penitens cōponit'.
tez impendere. et format' ab impendo dis di im
Imparor. ab imparo as dr penſuꝫ ſu. u in o
h imparor toris. quod dr aliqn̄ induparor. du
ſill'a interponitur cā metri. et h impatrix tricis
et imparorius ria riū. et h impiū. vn̄ h et h im
pialis et h le. et impioſus ſa ſum. altus nobilis
autenticus. Impio. ptāte. et dignitate plenus. Et
compatur. vn̄ impioſe ſius ſſime aduerbium et
hec imperioſitas tatis. ideſt maieſtas.
Impegre pnl' cor adūbiū. et ē idem q inſtabi
lit' ul' ſine certa māſione et compo. ab in et peg̃
Impito tas. frequent' impo et format' ab hoc
ſupino impatu a mutata in j cor. et u in o.
Impitus ta tū. i. nō pitus nō doctus. et cōpo
nit' ab in et pitus et cōpat' impicior ſimus. vn̄
impite tius me adūbiū. et h imptia tie. et prod n
Impero. as aui atū. i. pcipio. Ex in et paro cō
Impers. pars cōponitur ponitur. et cor p.
cū in et dr impers tis. i. expers ſine pte Amb.
ſup egiſippū. ueſtro prelio omnes implicabuntur
nec erit ulla regio ueſtri impers decoris.

mpſonale ūbū.a quo naſcatur habes ſup̄ in ter cia pte in tractatu de uerbo ↄ de ūbo impſonali.

Impcior ris.et impcio tis.tribuere.donare.pſtare.et componit̄ ab in et parcior tiris.uel pcio tis ſ antiquos.et facit ſup̄ impartitū pnl̄ ꝓducta

Impetigo.ab impero tis diriuat̄ h̄ impetigo is ē ſicca ſcabies ꝓminens cū aſperitate et rotūditate forme.vñ impetiginoſus a ū.i.ſcabioſus.et cōpatur vñ h̄ impetiginoſitas.i.ſcabioſitas.Et ꝓducit impetigo pnl̄ in nrō.ſ in obliqs cā cor.

Impetro tras traui.componitur ex in et patro as mutato a in e et ē ūbū actiū et cor̄ pnl̄ naturalit̄ Et ē impetrare exorare.quod petitur obtinere.in peticione effectum habere.

Impes.impetis In impetus exponitur.

Impetus.ab impeto tis dr̄ h̄ impes tis.et h̄ impetus tus tui.in eod̄ ſenſu vnde impetuoſus ſa ſum.furibundus.cū impetu oīa faciens et compatur vnde impetuoſe ſius ſſime.adūbiū.et hec impetuoſitas tatis.

Impiger a ū.cor̄ pi naturaliter.et cōponit̄ ab in et piger et eſt impiger non piger.

Impingo gis pegi impactū.componit̄ ab in et pango gis.quod ē iungo uel inpello.Et ſcias ꝙ inpingere inuenitur ꝓ ceſpitare.et in hac ſignificacione ē neutꝝ.vñ ꝓuer iij.et pes tuus nō inpinget.Inuenitur eciam ꝓ impellere.et ſic eſt actiū vñ ecc.xiij.ne inprobus ſis ne impingaris Inuenit̄ ecīā inpinguo as aui et tūc ſcribit̄ ꝑ u

Impius.ex in et pius cōpo〈 in ultima ſilla.nitur impius a ū.qui ſine pietate ē.et ponit̄ ꝓ infideli.iniquo.q: non ē equus ſ inequalis et ꝑuis opibus maculatus Et omnis impius eſt iniquus ſ nō econuſo et cōpat̄.vñ h̄ impietas tatis.Et impio as.i.impie agere.uel impiū facere.vñ prudencius in libro ympnoꝝ at qui in gnatū uicijs cor impiauit.Et ſcias ꝙ iſta ꝑpō eſt recipienda Iſte lapis ē non pius.nō tū eſt impius.q: cū dico non pius non uenit ꝑ appōnem et priuat tm̄ ſ impius ꝑuat et ponit.ſicut dixi in tercia pte in ↄ de figura nominis

Implano as aui are.i.decipere uel in errorem ducere.vnde ecc.xv.Non dicas ille me implanauit Et componitur implanare ut dicit̄ quidam ab in et planos quod eſt error uel uagacio.

Imploro as aui.ex in et ploro as Et ē implorare.rogare.querere.uel impetrare.et eſt ūbū actiū et ꝓducit plo ſ hug.Pap̄ uo dicit Implorat.cū fletu inuocat.uel rogat inquirit.

Implumis.pluma cōponit̄ cū in et dr̄ h̄ et h̄ implumis et h̄ me.i.ſiñ pluma ſiñ barba et ꝓd plu vñ ouid̄ Implumes calaiſq puer ſecuſq fu

Impluuiū uij.i.lauariū guttatoriū ꝑ〈 quod decidit pluuia in domū et dr̄ ab impluo is

Impolitus ta tū.dr̄ iornatus nō conplanatus nō ſculptus et cōponit̄ ab in et polio et ꝓd li

Impomentū ti.ge neu.ē illud qd̄ extremius in cena ponit̄ ſic̄ nuces et poma et dr̄ ab īpono

Impono is.ex in et pono is.et ē imponere iniungere uel inculpare uel imputare uel ponere in.et tūc facit ꝑitū in ſui et ſup̄ in ſitū Itē imponere.i.decipere et tūc conſtruit̄ cū dtō ut īpono tibi.i.decipio te.gen̄ xxix.quare īpoſuiſti m̄ et tūc facit ſup̄ in ſtū ſcꝫ impono ſui impoſitum

Importitor oris mas ge.qui portas facit ab

Importo.vid̄ ī porto〈 in et portitor et cor̄ ti

Importunus a ū.componit̄ ab in et portunus et dr̄ importunus.ꝓteruus.infeſtus.inquietus q: nō habeat portū.i.quietē ſine portuno.vnde importuni.qui in naufragio cito feruunt̄ et compatur.vnde h̄ importunitas.infeſtacio.inquietudo.et importuno as.infeſtare.inquietare.

Importuoſus.locus uacuus portubꝫ ab in et portuoſus et conpat̄ ſior ſimus.vñ importuoſi

Impos tis cōis ge.i.īpotens q̄ uotū tas tis ſuū ad effectū ducere non pt̄ et cōponit̄ ab in et

Impoſtor.ab impono ſui poſitū. 〈pos tis.ꝑ decipio diriuat̄ h̄ impoſtor oris.i.deceptor.q̄ male agit.et inde impoſtorius a ū.i.deceptorius ria riū.et impoſtus ta tū in eod̄ ſenſu.ſ.deceptorius.malus.peruerſus.Stacius thebaidos Mens cunctis impoſita manet Et hec impoſtura idest decepcio et ꝓducit pnl̄ impoſtura.

Impoſtus.In impoſtor eſt.

Impocio tis tiui tire.i.diueſtire ut impociatus cū ꝑbenda ſua.i.diueſtiatis Et diriuat̄ ab impos

Imprecor.ab in et p̄cor con〈 potis et cor̄ ponitur imp̄cor aris catū cari ūbū deponens.i.execrare.maledicere.ponit̄ ecīā alr̄ in bona ſignificacōne.ut iſte imp̄catur illi bona.i.ualde rogat.optat.vnde imp̄cans tis ge ōis.gen̄.xxiiij.Imp̄cantes ꝓſpera.et cor̄ p̄. 〈 Hic nota ꝙ imp̄cacōnes ſiue maledicc̄ōnes.que in ſac̄ ſcriptura inueniūt̄.puta.exurgat deus et diſſipentur inimici eius.et conſiles.tripl'r pñt intelligi.vno mō ꝑ modū ꝓnūciacōnis.non ꝑ modū optacionis.ut ſit ſenſus diſſipentur inimici tui.i.diſſipabunt̄ Alio mō ꝑ modū optacōnis ſcꝫ ut deſidiū optantis non referatur ad penā hominū.ſed ad iuſticiam punientis.ſ illud.letabitur iuſtus cū uiderit uindictam.q: nec īpe deus puniens letat̄ in ꝑdicione impioꝝ.ut dr̄ ſap̄.i.ſ in ſua iuſticia q: iuſtus dñs et iuſticias dilexit.Tercio mō ut deſideriū referat̄ ad remocōnē culpe.nō ad īpaꝫ penā.ut.ſ.pccā deſtruantur et hōīes remaneāt Sciendū ec ē ꝙ ſicut dicit g̃g̃ iiij mor.tractans illud Iob.Et maledixit diei ſue.ſcriptura ſacra duobus modis maledictū memorat.aliud uidelicet quod a.ꝑbat.aliud qd̄ dampnat.Aliter eniꝫ maledictū ꝓfertur iudicio iuſticie.aliter liuore vindicte.Maledictū quippe iudicio iuſticie ipſi ꝑmo homine peccante ꝓlatū ē.cū audiuit maledicta terra in opibus tuis.Item cū ad abrahā dr̄ maledicā maledicentibus tibi.Rurſum.quia maledictū non iudicō iuſticie ſ liuore vindicte ꝓmitur uoce pauli p̄dicantis admonemur.qui ait bñdicite et nolite maledicere.Et rurſum neqꝫ enim maledici regnū dei poſſidebūt.deus ergo maledicere dr̄ et tū maledicere homo ꝓhibet̄.q: ꝙ hō agit malicia uindicte deus non facit niſi examine et iītute iuſticie.cū uo ſancti uiri maledicōnis ſñiam ꝓferunt.nō ad hanc ex uoto ulcionis ſ ex iuſticie examine erūpūt.Intus eniꝫ ſubtile dei iudiciū inſpiciunt.et mala foras exurgencia q: maledicto feriri debeant cognoſcant et eo in maledicto non peccant quo ab interno iudicio non diſcordant Hinc eſt ꝙ petrus in offerentē ſibi pecuniam ſymonem ſñiām maledcōis intorſit.dicens.pecunia tua tecū ſit in ꝑdicione qui enim nō ait eſt.ſ ſit.non indicatiuo.ſ optatiuo mō hoc ſe dixiſſe ſignauit.Hinc helias duobus qñquagenarijs ad ſe uenientibus dixit.Si

homo dei ſum deſcendat ignis de celo et conſumat uos. Quoꝝ utroq; ſniā. quanta ſeūitatis racione conualuit. terminus cauſe monſtrauit. nā et ſrmon ab eterna dampnacione interijt. et duos qīquagenarios deſup ueniens flamma cōbuſſit. itus ꝗ ſubſequens teſtificat̄ qua mente maledcōis ſniā ꝓmitur Cū enī et maledicentis innocencia ꝑmanet et cū eū qui maledicit̄ uſq; ad interitū maledictio abſorbet ab utriuſq; ptis fine colligitur quia a bono et intimo iudice in reum ſentencia ſumpta iaculatur.

Impn̄ciaꝝ. i. in pn̄ti mō et pt eē ps cōpōita et erit adūbiū tpis. geñ l ſicut inpn̄ciaꝝ c̄ntis. pt eciā eē adūbiū loci et tūc inpn̄ciaꝝ. i. ī pn̄cia

Impmo is pſſi pſſum. ex in et pmo is. et eſt impmere. ualde pmere. uel impmere. i. infigere.

Improbulus la lū. ¶ Et eſt actiuū. et cōr pre. pnſ cōr. i. aliqntulū impbus et ꝺr ab impbus

Impbus. probus componitur cū in. et ꝺr impbus ba bū. i. non ꝓbus uel inſaciabilis importunus perſeuerans. vnde. Labor impbus omnia vincit. Et ꝺr impbus qi inſtans ꝓhibenti. et eſt ethimologia et cōpatur. vnde impbe ius ſſime. adūbiū. et h improbitas tatis Et ut ꝺr in grec. Improbus eſt aliquis uerbis. factiſq; proteruus.

Impmptu. i. in manifeſto. h magis ſunt due

Improperiū. ab improperō ¶ ptes. vi in ꝓmptus as. quod componit̄ ex in et ꝓpero as. ꝺr h improperiū rij. i. conuiciū. dedecus. iniuria uł deriſio vn̄ in ps Improperia improperanciū tibi ceciderunt ſup me. Iac̄ j Qui dat oībus habūdanter et non improperat. q̄ deus dat. eſt bonitatis. q̄ oībus. cōitatis. q̄ habundanter. largitatis. q̄ non improperat. eſt ſumme curialitatis.

Improuiſus ſa ſum. ex in et ꝓuiſus. Et eſt improuiſuꝫ qd nō ꝓuidet̄ ſ; ſubito accidit. et ꝑo ui

Imprudens. pnſ ꝑo. In prudens vide.

Impubeo bes. In pubes exponitur.

Impubes. beris. ꝑo pu. exponitur in puber

Impubis bis. In puber uide et in pubis.

Impudens ex in et pudens componitur. et eſt impudens nō pudens. non uerecundus. Cui pudor et pudicicia procul abeſt. daniel viii. Conſurget rex impudens facie. et cōr pu. vn̄ Ouid de arte. Si doctus uideare rudi petulans ue pudenti.

Impudicus. pudicus cōponitur cū in. et ꝺr impudicus ca cū. adulter. obſcenus. Quidaꝫ tn̄ dn̄t q̄ impudicus componit̄ ab in et podice. q̄ṡ podicem. i. fetorem dicit. qui turpitudinem infert. Et compat̄. vn̄ impudice cius ſſime adūbiū. et h impudicicia cie. et impudico cas. i. impudicū facere. inceſtare. et ē actīn̄ et ꝑo di vn̄ ouid epy Ille tn̄ pietate mea. pcibus q; pudicis ¶ Et ſcias q̄ duplex eſt impudicicia. ſcꝫ ſpūalis et carnalis Spūalis ē que ꝑ delectacionē cogitacionū intus tantū agitur Carnalis ē que carnaliter cōpletur ¶ Fit autē multis modis. nā modo ꝑ uiſuꝫ. mō ꝑ auditū. mō ꝑ tactū. mō ꝑ cogitacioneꝫ. mō ꝑ locucionē. mō ꝑ opacionē. Talibus fomentis nutritur et excitetur libido et pt aīa ſepari a deo.

Impulſus ſa ſum. i. ualde pulſus. uel intus. ab impello lis. Et hic impulſus ſus ſubſtantiue

Impunis. ab in et punio uel pena. cōponitur impunus a ū et h et h impunis et h ne. In eod̄ ſenſu. i. nō punitus ſine pena. Et qn̄q; impunis ꝺr immunis. et inde impune. impuniter. adūbiū et h impunitas tatis et ē impune ſine pena libere ſine uindicta. vn̄. Impune non cedit. i. nō habet ſucceſſum. uel non accidit ſine pena

Impunitus ta tū. i. non punitus et compatur et componitur ab in et punio punis.

Impurus ra rum. i. nō purus. et cōpatur Impurior ſimus. vn̄ h impuritas tatis. et conponit̄ ab in et puro as et ab īpurus diuat̄ impuro as.

Imus a ū. i. depſſus. infimus. ¶ et ꝓducit pu

In. ꝑpō aliqn̄ conſtruitur cū accō. aliqn̄. cū ablatiuo. aliqn̄ cū utroq;. Septē autē modis cōſtruitur cū accō tm̄. ſex cū ablcō tm̄. tribus cū utroq; indrn̄ter. Et ſic in vniūſo in xvj modis conſtruit̄ cū caſibus. Quociens autē in. ſignificat mocionē de loco ad locū. conſtruit̄ cū accō tm̄. ut uado in urbem. uado in eccleſiam. ſi ſum extra ¶ Itē quociens in ponitur ꝓ contra conſtruitur cū accō tm̄. ut uado in hoſtem. i. contra hoſtem in adulteriū. i. contr̄ adulteriū Itē qciens in ſigcat indeminatā infinitatē. cōſtruit̄ cū accō tm̄. ut in ps Dn̄s regnauit in eternū. et iuſti in ꝑpetuū uiuent Itē quocienſcūq; in ſignificat diurnitatē. conſtruitur cū accō tm̄. ut uiſio quam hic uidet in longos dies eſt. et iſte ꝓphetat in magna tpa. et ibi ut inhabitē in longitudinem dieꝝ Itē quocienſcūq; ad in ſubintelligitur uſq;. conſtruit̄ cū accō tm̄. ut qui odit animā ſuam in h mūdo. in uitā eternā cuſtodit eam. i. uſq; in uitam eternā Et ibi. Scio cui credidi et certus ſum q̄ potens eſt depoſitū meū ſuare in illū diem. i. uſq; in illum diem. Et uado in montē. i. uſq; ad montē ¶ Itē quocienſcumq; in ponitur ꝓ iuxta. conſtruitur cū accō tm̄. ut iſte contendebat coram rege in hunc modū. i. iuxta hūc modū. Et ibi. miſit ad ezech in h ūba. i. iuxta hec ūba ¶ Itē quocienſcūq; in ponitur ꝓ ſup. conſtruitur cū accō tm̄. quod uidetur eſſe tn̄mō. cū liber oñditur ab aliquo exponi. ut beda in mathm. i. ſup mathm et ſic vij modis in cōſtruitur cū accō ¶ Sex aū modis conſtruitur cū ablcō. nā quociens in conſignat mocioneꝫ fieri in eod̄ loco. conſtruitur cū ablcō tm̄. ut milites currunt in ciuitate. ego curro in campo. Itē quociens in cōſignat ꝑmanenciam in eod̄ loco. uel in rem aliquā. conſtruitur cū ablcō tm̄. ut ſum in domo ſum in leccione ſuꝫ in cogitacōne. dormio in lecto. Itē quocienſcūq; in ponitur ꝓ inter. conſtruitur cū ablcō tm̄. ut bn̄dicta tu in mulieribus. i. inter mulieres. et ibi Accepiſti dona in hoīibus. i. inter homines. Et ibi. In quibus uocati eſtis uos. i. inter quos. Itē quocienſcūq; in ponitur ꝓ intra. conſtruitur cū ablcō tm̄. ut Oracio mea in ſinu meo conuertetur. i. intra ſinū meum. Et ibi. nec concluſiſti me in manibus inimici. i. inter manus ¶ Itē quocienſcūq; in ponitur ꝓ cū. conſtruit̄ cū ablcō tm̄. ut in baculo meo tn̄ſiui iordaneꝫ. i. cū baculo meo ¶ Itē quocienſcūq; in ponitur ꝓ ante. cōſtruit̄ tm̄ cū ablcō. ut dirigatur dn̄e orō mea ſicut incenſuꝫ in conſpcū tuo. i. ante conſpectū tuū. Et ibi. hoc ē mirabile in oculis nrīs. i. ante oculos nrōs ¶ Cū utroq; caſu conſtruitur indrn̄ter. quocienſcūq; in ponitur ꝓ ſup. conſtruitur cū accō. ut loquitur pacē in plebem ſuā. ¶ Cū ablcō. ut miſit deus filiū ſuū in terris. i. ſup terras. Et ibi Iacta cogitatū tuū in dn̄o. i. ſup dn̄m. ¶ Itē quocienſcūq; in ponitur ꝓ per. conſtruit̄ qn̄q; cū ab

latiuo qñq; cũ accõ.cũ accõ.qñ deſignat localē
tranſicionē ut apite m̄ portas iuſticie et ingreſſus
in eas.i.p eas.Cũ ablr̃õ.qñ notat adminiſtracõ
nem.ut multiphariē multiſq; modis olim deus
loquens patribus in ꝑphetis.i.p ꝑphas.¶ Itē
quocienſcũq; in ponitur ꝑ ad.conſtruitur qñq;
cũ accõ qñq; cũ ablr̃õ.Cũ accõ qñ mocionez lo
calez ſignat.ut impulit in latus tuũ.i. ad latus
tuũ.et ut ꝯ in hoſtes.i.ad hoſtes.Cũ ablr̃õ.ut
dñs erit in latere tuo.i.ad latus tuũ ita dic̃ hug̃
¶ Secundũ autē ariſtotilē Ita diſtinguũť modi
de in.ſlaz p̃mo mõ dr̃ aliqđ eſſe in aliquo ſicut
ps integ̃lis in ſuo toto.ut digitus in manu.uel
paries in domo.Secundo mõ ſicut totũ integ̃le
in ſuis p̃tibus.ut domus in pariete tecto et fun
damto.Tercio autē mõ ſicut ſpẽs in gñe.ut hõ
in aĩali.et ulr̃ qõlibet inferius in ſuo ſupiori
Quartus modus eſſendi in dr̃ ſicut genus in ſpē
ut aĩal in homine.et vnũqđq; diffiniens in ſuo
diffinito.Qñtus modus eſſendi in.eſt ſicut for
ma in materia.Et iſte qñtus modus ſubdiuidiť
q2 quedam eſt forma ſubalis ut aĩa eſt forma
ſubalis hominis.Alia ē forma accidental'.ut al
bedo ē forma acc̃ntal' hõi.Et p̃ma eaꝝ dr̃ ꝑpe
eſſe in.ſicut forma in materia.ut aĩa in corpe
Alia dr̃ eſſe in ſicut accidens in ſubiecto ut albe
do in piete.color in corpe.Sextus modus eſſen
di in.eſt ſicut aliquid in prima cã efficiente.ut
regnũ in regente.Septimus modus eſſendi in ē
ſicut aliquid in fine.ut ũtus in b̃titudine.Octa
uus modus eſſendi in.dr̃ ſicut aliquid in uaſe.et
ulr̃ ſicut locatũ in loco.Hos autē modos octo
eſſendi in.diſtinguit ariſtotiles in p̃dicamentis
ſuis.Boecius aũ aſſignat nouē.q2 ſubdiuidit qn
tũ modũ in duos.ut dictũ eſt.

Inaffabil'.affabil' cõponiť cũ in.et dr̃ hic et hec
inaffabil' et hoc le.i.inſuauis auſterus ad loqñdũ

Inalto as aui are in altũ extollere et cõponiť

Inanimo as aui are.i.ual ¶ ab in et alto tas.
de animare.et conponitur ab in et animo as.

Inanis.ab in et uanus.conponitur hic et hec in
anis et hoc ne.q̃i inuanis.i.ualde uanus.et cõpať
vnde hec inanitas tatis.et inanio nis iui.inanem
facere.adnichilare.Et componitur exinanio is.
adnichilare.euacuare.depmere.diminuere.Et eſt
actiñ cũ ſuis cõpoſitis.et ꝑđ a.vñ cato.Hoc fa
ciunt ſtulti quos gloria uexat inanis.Et ut dicit
maximus Inane et uacuũ eſt quidquit nullius
ponderis aut ũtutis firmitate conſiſtit.Inane ē
quod ſeculo p̃ñte deficiens ad uitam non tranſit
eternã.quidquit enim ꝑ carnali honore labora
tur.corruptibili cũ carne dilabitur.

Inarro as are.i.arram ꝑ aliquo dare.Et con

Inauris.ab in et au ¶ ponitur ab in et arra.
ris conponitur hec inauris ris.anulus qui in aure
pforata geſtabatur Itē inaures dñr filateria pdo
loꝝ.ſicut dicit glo.ſup geñ.xxxv.a.

Incarcero as aui are.i.in carcerem ponere.Et
componitur ab in et carcer carceris.

Incarno as aui are.ũbũ actiñ.i.induere car
nem.vnde incarnatus ta tũ.A quo.hec incarnacõ
Et componitur incarno as.ab in et carno nas.

Incaſſuz.ab in et caſſis componitur incaſſuz
adũbiũ.i.fruſtra.ſine cauſa.q̃ſi ſine caſſibus.ſine
quibus uenacio inanis eſt.ul' cõponitur ab in et
caſſum.adũbiũ qualitatis ẜ hug̃.pap̃ eciã dicit
incaſſum irritũ fruſtra infructuoſum ſine cauſa.

Incaſtratura re dr̃ incauatura lignoꝝ.p quaz
ſibi mutuo copulantur ſicut patet in extremita
tibus aſſerum continuatoꝝ Et dr̃ incaſtratura q2
in ea quaſi in caſtro muniuntur ligna.

Incauſtum ſti.In encauſtum exponitur.

Incedo.ab in et cedo dis.componitur incedo
dis.ſſi ſſum dere.i.ire.et ē nobiliũ Et regit poſt
ſe ntiñ.ut incedo ſupinus.vide plenius de hoc
in tercia p̃te ubi agiť de regimiē in c de ntõ cañ

Incenatus ta tum.i.non cenatus.daniel' vj.et
abijt rex in domum ſuam et dormiuit incenatus

Incendo dis di ſuz dere.i.ualde accendere ũbũ
actiñ ē.et componiť ab in et candeo des ſicut ac

Incenis Ab in et cena ¶ cendo dis et ſuccendo
dr̃ hic et hec incenis et hoc ne q̃i ſine cena.i.ieiunus

Incēſuz ſi.i.thus ab incendo dis dr̃ ¶ pnl' ꝑđ

Incentiuus.ab incendo dis dr̃ incentiuus a ũ.
et hoc incentiuũ ui.qđ incendit.ut eſtus libidinis

Incentor.ab incendo dis hic incen ¶ et ꝑđ pnl'
tor oris.vñ dicit yſiđ.Incentor dr̃ ab eo q2 incẽ
dat.atq; inflãmet.et addit.Incentor eſt qui p̃ua
ſuggeſtione cor alioꝝ ſuccendit.et pſuadendo in

Incesſo ſis iui itũ.ũbũ actiñ.i.ꝑuo ¶ flãmat
care.ab incedo dis dr̃.Vnde boecius Tu ſolebas
inceſſire p̃ñtem fortunam.

Inceſſus ſus ſui.i.icio.ab incedo dis inceſſuz

Inceſtus.caſtus uel ceſton componitur cũ in.
et dr̃ inceſtus ta tũ.q̃i incaſtus.qui cũ moniali
uel conſanguinea uel ũgine concũbit.vnde hoc in
ceſtũ.et inceſtus tus tui talis coitus illicitus.Et
inceſto as ũbũ actiñ.i.talem impudicare ẜ hug̃.

Inchoatiñ ũbũ deſinit in ſco ¶ vide in raptus
et ſignificat inicũ actus uel paſſionis ſui p̃miñ
ut dixi plenius in tercia p̃te in tractatu de ſpecie
bus ũboꝝ in c de ũbo inchoatiuo.

Inchoo as aui are atũ.i.incipere vnde incho
atus ta tuz.vnde inchoacio.i.incepcio.Item ab
inchoo.inchoatiuus ua uũ.

Incido dis cidi dere.ſupinis caret.i.in aliqua
cadere.vnđ in luca.xvj c.Incidit in latrones.Et
componitur ab in et cado dis.et cor̃ ci Itē inue
nitur incido dis di ſuz dere.qđ componitur ab in
et cedo dis cecidi.et producit ci ubiq;.Xvj Qui pu
tat incidit.incidit ille cadens.

Incieo es inciui incitũ.i.uocare.ul' cõmouere
prouocare.ab in et cieo cies.Item dicitur incio
incis inciui incitũ.ab in et cio cis.

Incincta te fe ge.i.p̃gnans q̃i ſine cinctu.q2 p̃
cingi fortiter ũtus nõ p̃mittit et cõponitur ab

Incio cis In cieo cies uide.¶ in et cingo gis.

Incipio pis cepi ceptũ.ab in et capio pis.et
cor̃ ci.Inuenitur eciam incipit ũbum inp̃ſonale.
Vnde nota hoc q2 ſunt quedã ũba inp̃ſonalia nõ
ſimpl'r ẜ ex adiũcto que ſequũtur cõſtructõnes
illoꝝ ũboꝝ inp̃ſonaliũ quibus adiũguntur ſcilz
incipit.deſinit.debet.ſolet.p̃t.ut ſocratis deſinit
intereſſe legere.Sicut plenius dixi in tercia p̃te
ubi egi de ũbis in c de uerbis inp̃ſonalibus.

Incircũſcriptus ta tũ.i.termino carens.qui
circũcludi nequit.et dirиatur a circũſcribo bis Et
ſcias q2 ꝑpe corpus a loco circũſcribitur anima
uero ul' angelus ñ circumſcribuntur ꝑprie et abſo
lute loquendo.tñ reſpectu dei angelus eciaz dr̃ cir
cũſcribi.vñ dicit ğğ.Et mittuntur ergo angeli
et aſſiſtunt.q2 et ſi circũſcriptus eſt angelicus

ſpūs. ſummus tñ ſpūs ipe qui deus eſt. circūſcrip
tus non eſt. Angeli itaqꝫ et miſſi et ante ipm
ſunt ꝗ quolibet miſſi ueniant intra ipm currūt
ꝓpe tñ angelus in loco non dr eſſe niſi diffini
ue ꝗ ita eſt in uno loco ꝙ non eſt ubiqꝫ nec in
pluribus locis Sꝫ deus ē ubiqꝫ eſſencialiter pñci
Incisiuus a ū. i. ñ in aliter et potencōnaliter
tempe ſectus. uel maturus. uel ſupfluus. et dima
tur ab incido dis Orac in odis Vt gaudet inciſi
ua decerpens pira. Et h̄ inciſiuū. pt dici ſubſtanti
ue ſupfluū illud qđ inciditur de aliqua materia
Incito tas componitur ab vide in proſicius
in et cito tas. uide in cito citas.
Inclemens. ab in et clemens componitur incle
mens tis. ge. oīs. vñ hec inclemencia. cie. Et dr
inclemens. inexorabilis. crudelis immiſericors. im
pius. et producit cle. Vnde in aurora dr. Donec
honoret eas ſummi clemencia regis.
Inclino. ex in et clino as componitur inclino
as aui are. q̄ſi intus clinare. i. flectere. vnde h̄ et
hec inclinis et hoc ne. et inclinus a um. et h̄ in
clinatoriū. et ꝓducit cli. vnde in aurora dicitur.
Tunc caput inclinat. emiſſus ſpiritus exit.
Inclitus ta tū. pnl̄ cor̄ In clitus exponitur.
Includo. dis. In claudo dis exponitur.
Inclunior. aris. ari. atū. i. concubitū pati. et cō
ponitur ab in. et clunis. Inuenitur eciā inclunio
as. ūbū actiuū. per clunes incuruare uel eleuare
Incluſor oris. mas ge. et h̄ incluſarius rij. dr
ille qui incinoꝝ claudit pecora ꝓ forefacto Et
dr ab includo dis ſm hug̃ Incluſor eciā pt dici q̄
aliquid includit. ſicut aurifaber qui includit gem
mā in anulo et producit pnl̄ tā in ncō ꝙ in ꝯcō
Incola. ab incolo lis. dimatur h̄ et h̄ incola
le. cōis ge. et cor̄ pnl̄. i. aduenticius. Incola enī
nō indigenā ſꝫ aduenā deſignat. uide in inquilinus
Incolatus ab incola dr h̄ incolatus tus tui. i.
habitacio uel manſio vnde ꝓpha heu michi ꝗ
incolatus meus prolongatus eſt. i. peregrinacō
Incolo lis in colo lis exponitur manſio
Incolumis. ab in et columen ul̄ columpna cō
ponitur h̄ et hec incolumis et hoc me idē quod
columis. et eſt ibi in non ꝑuatiū ſꝫ augmentatiū
et intenſiū q̄ſi ualde erectus fortis ſtabilis alacer
Et cōpatur. et inde h̄ incolumitas tatis. i. ſanitas
alacritudo Incomicō as. exponit̄ ī comiciū cij
Incōmodo as exponitur in cōmodus
Incōpetens cōpotens cōponit̄ cū in et dici
t̄ incompetens tis. ge omnis. i. inconueniens et
compatur incōpetencior ſimus vnde hec incom
petencia cie. i. inconueniencia. et corripit pe.
Incomplexus. ab in et cōplexus. componitur
incōplexus a ū. i. non complexus. vñ a dialeti
cis terminus cōplexus dr qui conſtat ex pluri
bus dcōnibus. ut hō albus. Terminus ūo incom
plexus dr ille q̄ vnica dcōne contētus ē ut hō.
Inconcinnus. ab in et cōcinnus. cōponitur in
concinnus a ū. i. incongruus. nulli concors. In q̄
diſcordant mores int̄ ſe et ab alijs. et cōpat̄ In
cōcinnior ſimus. Vnde inconcinne. nius. ſine ad
uerbiū. et h̄ inconcinnitas inconcinnitatis.
Incōditus incōpoſitus inordinatus inpolitus
rudis ſ̄ pap̄ et prod̄ penl̄ et poteſt eā corripere
ſicut cōditus poteſt corripi et produci in penul̄.
vide in inconditus et in interieccio.
Inconiugis exponitur in cōiugus.

Inconſultus ta tū exponitur in conſultus.
Inconſutilis a cōſuo is dimatur h̄ et h̄ cōſutil̄
et h̄ le. quod cōponitur cum in et dicitur hic et
h̄ incōſutilis et h̄ le penul̄ correpta. iohis xix c
erat autē tunica incōſutilis. i. cū paucis ſuturis
ut eſſet minoris ſumptus. pauperes eñ ſolent
quātominus poſſūt pānos diuidere et paucas ꝑ
tes facere vt fortiora ſint indumenta et minoris
ſumptus Quidā uero ſic exponūt. incōſutilis. i.
ſine ſutura acus ſed reticulato ope facta et ideo
apte ſcindi non poterat. ſed nō eſt ueriſimile ꝙ
iſta tunica tante eſſet artis. cū xp̄s pauper eſſet
et ſumme humilis. erat contexta deſuper ꝑ totū
. i. per totam partem ſuperiorem habebat pānū
ex tranſuerſo. deſup poſitū ad modum corrigie
inpelliceis ut forcior eſſet. Criſoſtomus autem
ſic dicit. duplex erat illa tūica ꝑ totū. i. duplicato
pāno ſm morem paleſtine regionis. ubi paupes
hñt tales ueſtes cā fortitudinis Quidam aiunt
allegoriam per illud oñdi. qm̄ non ſimpliciter
homo erāt qui crucifixus erat ſed deſup diuitatē
habebat. Quidam ipſam ſpeciem tunice aiunt
euangeliſtam hiſtorice deſignare. quia enim in pa
leſtina duos pannos cōmittentes ita ſubtexerunt
indumenta oſtendit iohes qm̄ talis erat tunica
ex hijs quia deſuper ſubtexta. Iſta tunica fertur
a beata uirgine. ipſi in infancia facta. et aptata
fuiſſe. et creuit cum xp̄o creſcente. quod. non de
bet eſſe incredibile. cū ſile miraculum. cōtigit fili
is iſrahel. in ſolitudine. ut habet̄. deutro. c. viij.
Incontaminatus ta tū dicitur inpollutus in
corruptus non deturpatus non contaminatus
Et conponitur ab in et contaminatus
Incontinens ge omnis. i. non continens vnde
ab in et continens hec incontinencia. i. non con
tinencia vide in contineo. es
Increpo pas pui uel paui inuenitur et corri
pit cre. vide in crepo
Incuba he communis ge penl̄ cor̄. qui l̄ que
ſup incumbit ul̄ incubat et dr̄ ab incubo as ul̄
Incubi uel incubones idem qđ incubo bis
quod piloſi. quidā demoēs ſunt. vide in piloſus
et corripit penl̄ incubi. ſed incubones eā ꝓducit
Incudineus nea neū quod pertinꝫ ad incudem
Et diminuatur ab incus incudis.
Inculco. ab in et calco componitur inculco as
aui are id eſt ualde calcare. intus calcare. uerba ite
rando multiplicare iactare
Incuntanter. adūbiū. i. dubitanter. ſm pap̄.
Incuria. i. negliencia ab eo ꝙ cure non ſit ſ̄
Incurſo as. ūbū fre. et formatur ab in pap̄
curſu ſupino de incurro ris. u mutata in o.
Incus. ab in et cudo dis cōponitur hec incus
dis Inſtrumentū illud ſup qđ fabricatur. ꝗ in eo
cuditur aliquid feriendo. veteres enī nō incudē
ſed incudem uocabant. ꝗ in ea metallū tundat̄
. i. tendatur. vñ incudis dr malleus. a tundendo
. i. tendendo. et ꝓđ tu ſicut cudo dis. vide in cudo
Incuſo as. exponitur in accuſo as.
Indago as aui are. acquirere et inueſtigare. vñ
h̄ indago nis. i. inueſtigacio. inquiſicio. et ꝓđ da
Vñ theodolus. Nec cuiqꝫ hominū dedit indagare
ſepulchꝝ. Et uidetur in h̄ ūſu vim littere h̄ bre.
Inde adūbiū. diminuatur ab in. et componitur. de
inde. exinde. ꝑinde. ꝓinde. ſubinde. Et differunt.
ꝗ deinde. exinde. et ſubinde. adūbia ſunt loci uel

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ordinis.ꝑinde.adūbiū ſimilitudinis uel qualitatis.
.i.taliter.ꝑinde.ē coniūccio illatiua.i.igitur.In
uenitur tñ q̄n̄qȝ adūbium loci uel ordinis.Et iſta
q̄n̄qȝ apocopantur.exin.proin.ſubin.pro proinde
exinde ⁊c. ¶Et ſcias ꝙ om̄ia composita ab inde
debent acuere.pnl̄ Juxta regulam illā Si aliqua
ꝑpō cōponitur cū adūbio h̄ñte pnl̄ longam ip̄a
pnl̄ dȝ acui.ut a longe de longe ab intus.Excep
to vno ſolo adūbio.ſcȝ inde.quod ſi cōponatur
cū ꝑpōne.ip̄a an̄pnl̄ acuenda eſt.ut exinde demō
⁊c̄ ita dicit hug̃.De h̄ uide in ſecunda pte in ſpe
dūtis accentus in c de impedim̄to diſtinccionis
Indecor.oris.vide in decor.oris.
Indefeſſus.a.ū.infatigabil̄.ūl indeficiens ꝑ pa.
Indempno.as.aui.are.atū.componitur ab in
et dampno as.et eſt indempnare non dampnare
indempnem facere.uel oñdere vnde indēpnatus
ta tū et hic et hec indempnis et hoc ne.i.ſine
dampno uel dampnacione.ſcȝ non dampnatus
vnde indēpniter aduerbium.et hec indēpnitas
tatis.ꝓſper.Indēpnis ꝓpū ſuat ſapiencia cēſum
Indeptus ta tū.i.acquiſitus in indipiſcor ex
Indetonſus ſa ſum.i.non detonſus ¶ponitur
ab in et detonſus
Index ab indico cas.hic et hec et hoc index in
dicis.qui indicat.vnde h̄ indiciū cij Index eciam
dicitur penl̄timus digitus ſcȝ collat̄alis pollici
quia in eo indicamus.et tunc eſt tantū mas ge
India die quedam regio.inde ¶et corripit di
indus da dum.et indicus ca cū gentile.vnde et
quoddam genus coloris dictum eſt indicum.q̄ in
indicis calamis inuenitur.ſpuma adherente limo
Et eſt coloris cianei mixturā purpurei ceruleiq̄
mirabilem reddens.et indicus dicitur q̄dā lapis
albus.Job xxviij.Dicitur non confertur tinctis
indie coloribus Et ſcias ꝙ indie tres eſſe apud
hiſtoriographos aſſeruntur.Prima eſt.que ad
ethiopiam mittit.Secūda que ad medos Tercia
que finem facit in hanc ingreſſus eſt Bartholo
Indicens in dico cis exponitur ¶meus apl̄s
Indico cas penl̄.correpta in dico cas eſt
Indico cis penl̄ producta in dico dicis vide.
Indiccō ab.indico cis diuat̄.h̄ indiccō.onis.
.i.anūciacio uel edicio ſiue edictum.Hic poteſt
queri quid ſit indiccio et ad quid ſit inuenta et
vnde inoleuit cōſuetudo ut indiccōes notarent̄
et ubi ſum̄āt exordiū et qualiter poſſit indiccio
inueniri.Indiccio.ſolet appellari indiccōnū ciclꝰ
.i.quindecim ān̄oꝝ tempus q̄n̄qȝ enim indiccio
appellat̄ quilibȝ annus illius tempis.ut primus
ān̄us dicatur indiccio prima.Secūdus ſecunda
Tercius tercia.et ita per ſingulos ān̄os ſic uſque
ad q̄ntumdecimum indiccōnes uenītes rurſus
adprimū anni pn̄cipium reuoluūtur quandoqȝ
eciam dicebatur olim indiccio illud tempus in
quo cōſimilia tribura ꝓſoluebātur romanis ſcȝ
ſpacium q̄n̄qȝ annorum ¶Indiccōnes ſunt in uēte
ad notandum.quo tempe ſit actum.et inoleuit.
talis cōſuetudo a romanis et talis appellacionis
racio ab eis ſumpſit exordiū Romani eniȝ debel
lato orbe ſibi tributario facto.triplicem ordinem
tempoꝝ ad triplex genus tributoꝝ ꝓſoluendum
deſcpſerunt.Erat eniȝ edictū in uniuerſos dcōni
eorum ſubditos ut ſemp infra quindecim annos
auro uel argento ere.ferro ſoluent̄ tributa et h̄
tali ordine.Conſtituerāt enim romanis ſic ut in

primo q̄n̄quennio ſoluent̄ aurū et argentū ad.
ſuſtentādā rē publicā Et ita illi q̄n̄qȝ ān̄i dicebā
tur prima indiccō Deinde in alio q̄n̄quennio.i.
in alijs q̄n̄qȝ annis ſolueretur es et huiuſmodi
metalliū ad faciendas imagines illuſtribus uiris
qui promeruerant et ad depingenda forcia facta
eorum ut eſſent in memoria Vnde finitis q̄n̄qȝ
primis annis in pn̄cipio ſexti anni fiebat edictū
ut deinceps ſolueretur es.et iſti q̄n̄qȝ ān̄i dicebā
tur ſecūda indiccō In tercia indiccōe ſoluebatur
ferrum ex quo fiebant arma ad ꝓpellendos hoſ
tes.vn̄ finita ſecūda indiccione in pn̄cipio vn
decimi anni fiebat edictum ut in illis q̄n̄qȝ ān̄is
ſolueretur ferrum.vltra autem numeꝝ q̄n̄decim
ān̄oꝝ non procedebant.et appellatū eſt h̄ tēpus
q̄n̄decim annoꝝ indiccō una.uel indiccōnum v
nus ciclus in quo plenarie m̄dus expleuit quod
a romanis indictum eſt ¶Sicut autem romani
acciones ſuas notabiles per indicciones ān̄otaue
runt.ſic eccleſia romana ad huc ſpiritualia per
ſoluens tributa notabilia per indicciones cōſue
uit annotari.vnde adhuc ſingulis annis paſcali
feſto cū anno dn̄ice incarnacionis in cereo anno
tatur annos pn̄tis indccōis.Anni ſiquidem ab in
carnacione domini indiccio quoqȝ et epacta et
concurrētes.nomen quoqȝ et tempus pn̄cipis in
paſcali cereo annotantur.Cereus autem renoua
tus et illuminatus ſignificat xp̄m reſurgentem
a mortuis in carne gl̄oſā ſplendore diuinitatis il
luſtratū.cera eniȝ carnem criſti ſignificat et lu
men diuinitatem.Anni.g͛o.domini et cet̄a ꝑdcā
in cereo cōſcribuntur q̄m actiones hominum et
ſucceſſiones tempꝫ xp̄i diſpōne ordinātur Su
mit autem ciclus indiccioni exordium ab octa
uo Kl̄as octobris ¶Indiccōem autem ſic in ue
nire potis ſume annos domini quotq̄t fuerint
in pn̄ti anno et adde hijs tres annos qui ꝓceſſe
rant de indiccīōe illa in qua natus eſt dominus
Natus enim eſt dn̄s in tercia indiccione ſiue in
tercio anno cicli indiccionum.et totā illā ſummā
ptire per q̄n̄decim et quot anni remanſerint ip̄a
eſt indiccio pn̄tis anni et ſi nil remanſerit eſt in
diccio.xv.et poſtea redi ad caput quia indiccio
non excedit q̄n̄decim ān̄os De hoc tales tradū
tur uerſus.Si tribus adiunctis domini diuiſeris
annos.per ter quinqȝ datur indiccio certificata.
ſi nichil excreſcit q̄n̄dena indiccio currit Sed h̄
nota ꝙ ān̄i domini renouātur in Kl̄dis ianuarij
ſicut in natiuitate domini ꝗ indccō.octauo Ka
lendas.octobris ¶Et ſic ān̄i domini ꝓcedunt no
uem menſibus xv.Menſibus hāc nonis domini
ꝓcurſitat annis Et ideo ſi conputas et queris in
diccionem a natiuitate uſqȝ ad octauo Kl̄das
octobris iūgas tm̄ duos annos annis domini
Sed ſi queris de ea ab octauo Kl̄das octobris
uſqȝ ad natiuitatem iungas annos tres ¶Nota
inſuper ꝙ indiccio in alijs ſignificacionibus in
uenitur a ꝑdictis ſicut in iiij.reg̃.c.v.ubi dicitur
et erat indiccio.xxx.milia virorū.i.ſumma eoꝝ
quibus indicebatur uel dic ſicut exponitur in
hiſtorijs ꝙ forte indiccio eſt in determinata ho
minū collecō ſicut cohors et legio Item indiccio
pro exaccōe uel precepto graui ul̄ intollerabili
ponitur in ſecundo libro eſdre.c.xx.ubi dicitur
nec ulla alia indiccio irrogetur et cetera Itē inve
nitur indiccō caſus abl̄ñ huius nominis indiciū

cij ſ; tunc ſcribitur ſine t Corripit enim antepnľ.
vñ Ouid epi Eminet indigo prodita flamma ſuo
Indictus ab indico cis diriatur indictus ta tũ
.i. preceptũ uel añũciatum vnde eſdre ſecũdo. li.
c. iiij. a. Sȝ nec indcõ .i. nõdũ impato ľ añũciato
Indicus ca cũ penľ coŕ in india exponitur
Indifferens ab in et differens cõponitur hic
et hec et hoc indifferens tis .i. non differẽs ſine
differencia .i. idem uel ſilijs et cõpatur vnde in
differenter et h̃ indifferẽcia cie .i. idemptitas uel
expreſſa ſimilitudo
Indigẽa ne cõis. ge. penľ coŕ vide in inq̃linus
Indigeo ab in et egeo cõponiť indigeo ges
guı. d. interpoſito et e. mutato in j. coŕ et diciť
indigere quaſi ualde egere uel intus egere vnde
indigens tis et a datõ indigenti addita. a. fit in
digencia paupertas egeſtas
Indiges ab indigeo es. diriatur hic et hec in
diges getis .i. deificatus. ꝓpe quidem indigetes di
cũtur. de hominibus facti dij. immortales et dñr
indigetes per cõtrariũ ab indigeo es quia nulli
us rei indigeant vñ et quilibet dij dñr q̃ꝗ in
digetes ſ; abuſiue uel indigetes dicũtur quaſi in
ter deos agentes .i. cõuerſantes uel quaſi de die
in diem agentes .i. ꝓficientes uel quaſi nũm deo
num augentes uel quaſi inde geniti .i. ex terra Ge
niȝ ẽra dicitur. ſ; oĩs iſte ſunt ethie et diuaŕ
ab indigeo es ut dcm̃ eſt vel indiges ꝭ quoſdã
dicitur ab indigito tas Et dicebãtur indigetes dij
apud antiquos. quos nominare non audebant
Indigetes in indiges exponitur
Indigeſtus ta tum exponitur in digeſtus
Indigito tas in digitus exponitur
Indigus ga gũ penultima correpta .i. indigẽs
Indipiſcor ceris. indeptus .i. ab indigeo ges
acquirere et componitur ab in et apiſcor.
Indiſcretus ta tũ inſipiens non facidus non
Indiuiduus a vm ab in et diuiduus elogñe
cõponitur indiuiduus a vm vnde hec indiuidui
tas tatis Et ſcias ꝙ indiuiduũ dicitur tribus
modis uel carencia ꝑtiũ ut athomus uel duricia
ut adamas uel quia per inferiora ſue nature pdi
ce diuidi non poteſt ut ſocrates
Indo ab in et do das cõponitur indo dis indi
di inditũ indere .i. ponere immittere inſerẽ infer
re indicere inducere ſiue foras emittere Et dici
tur indere quaſi intus dare
Indocilis ab in et docilis cõponitur hic et h̃
indocilis et h̃ le penľ coŕ .i. nõ docilľ qui nichil
diſcere poteſt ſ; indoctus ta tũ dicitur qui nõdũ
diſcit ſed tamen diſcere poteſt
Indoctus in docilis vide
Indoles ab in et dolus diciť h̃ indoles lis penľ
coŕ quaſi ſine dolo .i. etas iuuenilis ingeniũ ori
go ꝓgenies ꝓpe tñ indoles eſt ſignum uel indici
um future probitatis quod ſepe ꝑpenditur in qui
buſdam pueris. ꝙ autem dicitur indoles quaſi
interius uľ inde olens ethia eſt non cõpoſicio
Indorſo ab indorſum componitur indorſo as
aui are .i. ſup dorſum ponere qđ uulgo ſolet dici
Indubitato in dubitatus vide. interſellare
Inducie ab induco cis qđ eſt introducere diri
tur hec inducie aꝝ et dñr inducie q̃i induc ocia
uel cõponitur ab in et dies et ociũ vnde inducie
q̃ſi in dies ocia et ſunt inducie ꝑtes federis vnde
induciarius ria rium et h̃ et h̃. inducialis et h̃ le
ut tempus inducıale in quo hñtur uel debent
haberi inducie et inducio as .i. differre per indu
cias facere et conſtituere.
Inductio onis fe. ge. quedam ſpecies ãgumẽta
cionis apud loicuȝ Et ꝭ hoc ſic deſcribitur Induc
cio eſt oracio ꝑ quam fit ꝓgreſſio a ꝑticularibus
ad vniuerſale ut h̃ ſortes currit plato currit et
ſic de ſingulis ergo. omnis homo currit.
Inducula le penľ coŕ. indumẽtũ ab induo duis
Indulgeo algeo es cõponitur cum inde uľ. in
et dicitur indulgeo. d. interpoſita indulſi ſum uľ
indultũ et habȝ dĩſas ſignificaciones indulgere
eniȝ accipitur pro gratis cõcedere ut papa indul
ſit michi hanc ptãtem Item indulgere .i. operã
dare ut indulgere gule noli que uentris amica
eſt .i. opam dare uel cõſentire Item indulgere .i.
remittere ut indulge nobis domine peccata nrã
et tunc diciť indulgere quaſi inde algere .i. poſte
a ceſſare a noticia et memoria forefacti et in pri
ma ſignificacione eſt actm̃ in alijs uero neutrũ
de indulgencijs eccleſie dicam in purgatorium
Indumen inis ab induo. is dicitur h̃. indumẽ
inis qđquid induimus Joſephus in xvij quãdo
ciuitatem intrauit ꝑuatis indumĩbus utebatur
vnde h̃ indumẽtũ ti et producit penultimam in
dumen in ntõ ſed in genitiuo eam corripit
Induo ab in et duo is qđ eſt ſoluo cõponitur
induo is poſtquam enim aliquis indutus eſt q̃i
ſolutus et expeditus eſt uel ad opandũ uel ut
ſe totum viddum ꝓbeat qđ nõ eſt cũ ſit nudus
Indupator aliqñ dr pro impator interpoſitũ
du cauſa metri quia in heroico carmine impator
ſtare ñ pt et eſt ibi epẽteſ qđã figã metaplaſim
Induſio ab induo is dicitur induſio as .i. in
ducere vnde h̃ induſiam̃ inis .i. indumentum
Induſtrius a vm et hic et h̃ induſtris et h̃ tre
pro eodem dicitur .i. ſtudioſus agilis uigilans ef
ficax perſeuerans impiger ſolers vnde induſtre
aduerbium et hec induſtria trie .i. aſſiduitas ſtu
diũ cupiditas ardor auiditas ꝑſeuerãcia ſolercia
Induuie ab induo is plř hec in uigilancia
duuie aꝝ indumẽta et ꝓpe tunice ſerpentũ eedem
exuuie quia exuũtur ſicut induuie quia induũť
Inebrio as aui are uerbũ actm̃ ab in et ebrio
as et poteſt eſſe intentiuum ibi in
Inedia edes cõponitur cum in et dicitur hec
inedia die .i. paupertas que ẽ in ede in re familiari
Et dicitur inedia. quaſi ſine eſu. vnde Job xviij.
inedia inuadat coſtas eius
Ineffabilis ab in et effabilis cõponitur h̃ et h̃
ineffabilis et h̃ le qđ quis non poteſt loqui uel
qđ quis poteſt loqui cũ difficultate vnde et deus
eſt ineffabilis non quia dici nõ poteſt ſed quia
finiri ſenſu et intelľcu humano nullatenus poteſt
Et ideo quia de eo nichil digne dici poteſt inef
fabilis dicitur ſilř et eadem racione quoddam
nomen dei dicitur ineffabile et corripit bi.
Inenarrabilis ab. in. et enarrabilis cõponitur
hic et hec inenarrabilis et hoc le qđ enarrari ñ
poteſt uel cum difficultate narratur.
Inenodabilis ab. in. et enodabilis qđ dicitur.
ab enodo cõponitur hic et hec inenodabilis et
hoc le penultima coŕ. quod ſolui non poteſt
Ineo inis iniui initũ ab in et eo is et eſt inire
intrare incipere inuenire concubere.
Inepcio cis tiui vide in ineptus ta tum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Inepciola le di. penl' cor. parua inepcia.
Ineptus apto cōtrarius eſt quaſi non aptus
.i. ſtultus ſm pap̄ hug' uō dicit ineptus ta tum
.i. indiſtretus qui acquirit ſed non habꝫ modū
in expendendo Et cōpatur inepcior ſimus et ab
ineptus qđ ex in et aptus uenit hec inepcia cie
et inepto. tas taui ūbum actiuū. i. infatuare. inep
tum facere uel fieri. Et tunc eſt neutrum. Inueni
tur ecīam inepcio cis tiui tire ineodem ſenſu
Inergia in ergia exponitur
Inergumimus idem ꝙ energuminus in energia
Inermis ab in et arma. et in energuminus
cōponitur hic et hec inermis et hoc inerme et
inermus a. vm. in eodem ſenſu. i. ſine armis. i. ſi
ne uiribus vn̄ ūgilius tunc ſtudio effuſe matres
Iners ars cōponitur cū et uulgus inermū
in et dicitur hic et hec et hoc iners tis omnis
ge. quaſi ſine arte qui ad michilū faciendū uel pa
ciendum eſt aptus vnde hec inercia cie
Inerticula ab iners dr̄ hec inerticula le. uitis
nigra quā grēci amarauō uocant boni uini et le
nis vn̄ et ſic dr̄ ꝙ iners inpellādis tminis hēat
Inerticus ca cū. i. grauis ignarus remiſſus ab
iners inertis dcitur et corripit penultimam
Inexorabilis. ab. in. et exorabilis cōponitur
hic et hec inexorabilis et hoc le. i. non exorabi
lis inflexibilis inplacabil' inmiſericors ꝙ nll'is p̄
cibus flectitur hinc dr̄ inexorabile odiū inter e
os eſt. i. tale qđ pacificari. uel exorari ad pacem
non poteſt et hinc inexorabiliter aduerbium
Inexpiabilis ab. in. et expiabilis cōponitur
hic et hec inexpiabilis et hoc le qđ non purga
tur uel quod expiari non poteſt.
Infaber infabra brum ab. in. et faber bra. bꝫ
cōponitur et eſt infaber inartificioſus inornatus
vn̄ infabre aduerbium. i. inornate Orac̄ inſmōi
bus Quid ſchulptū infabre qđ fuſum durius eſſꝫ
Et cor̄ fa. vnde qdam Rūcina nil fabro confert
Infamo as. aui. ex. in. et. fa ſed rūcina ml'tū
mo as. qđ non eſt in uſu Et hinc hic et hec infa
mis et hoc me ſine bono nomine uel fame ma
le vnde hec infamia. mie et producit fa
Infandus. ex in et fandus cōponit' infandus a
ū. i. execrandus ſceleſtus nec nominandus q̄ſi qđ
non debet nominari nec aliquis de eo fari. et in eo
dem ſenſu dicitur nefandus. Et utꝗ comparat'.
Infans a. for. aris dr̄ fans fantis qđ cōponit'
cū in. et dr̄ infans. tis. omnis. ge. i. non loquēs
Et cōpatur infancior ſimus vnde prudencius in
li. hympnoꝝ largire michi carmen infantiſſimo
Dicitur ecīam infans pro puero. et tunc eſt cōis
ge. tm̄. et eſt infans uſque ad ſeptenniū. et dicit'
infans quia fari neſciat. i. non poſſe loqui cū nō
habeat adhuc bene ordinatos dentes Nec ideo
dicitur infans quia loqui non poſſit uſque ad
ſeptenniū ſed quia non poteſt loqui expedite et
diſtincte uſque ad illud tempus. uel quia in ipa
prima parte illius tempis loqui non poteſt vn̄
hec infancia cie etas infantis
Infantilis ab infans dicitur hic et hec infanti
lis. hoc le. res infantis uel ptinens ad infantem
et prod penl' vnde infantiliter aduerbium
Infanciosus a ū. plenus infancia. i. infantilis et
Infantulus li. et infāticulus dr̄ ab infancia
li et infantillus li per geminū l. omnia pro paruo
infante. Et corripiunt duo prima penultimam

Infauſtus ta tum. exponitur in fauſtus ta tum
Infectus ta tum. i. non factus. Vnde dicit'. Qđ
factū eſt pro infecto haberi nō p̄t. Et cōponitur
ab in. et factus ūgilius. et piter fcā atꝫ infecta
Infelicito infelicitas infelix expōit' canebat
Infelico infelicas exponitur in felix
Infendo dis. o. in. j. infendi infenſum infendē
.i. ualde offendere facere iraſci. cōponitur ab in
et fendo dis. vnde infenſus a. vm. i. offenſus uel
iratus. et eſt plus eſſe infenſum. ꝙ offenſum uel
iratū. et ab infenſu ſupino u. in. o. fit infenſo as
fre. paulus in epy. ad heb. c. iij. Quilibet autem
Infenſus a. vm exponi infenſus eſt xl. ānis
tur in infendo dis
Infertio. Ab in et fartio componit' infertio tis
inferſi. infertum. i. implere. Vnde infertus ta tum
et inferto tas ūbum frequentatiuum.
Inferie inferiaꝝ. ſacrificia facta in ferijs ꝑ mor
Infernas ab infer tuis. et dr̄ ab infernus
nus dicitur hic. et hec infernas atis ge omnis
de inferno exn̄s uel qui infernū colit. ſicut ſup
nas atis. dr̄ qui eſt ſupnus uel qui colit ſuperna
Infernus ni. mas. ge. in ſin. in pl'i neutri tm̄
hec inferna oꝝ. et dicitur infernus ab infra ꝙ.
ſub terra dr̄ eſſe ſicut enim cor eſt in medio ho
minis ita. et infernus in medio terre creditur
eſſe. vel infernus dr̄ ab. infero infers ꝙ anime
reoꝝ illuc inferantur. vnde hic. et hec infernalis
et hoc le. et infernus a. vm. i. infernal' ul' imus
in imo uel inferno ſuppoſitus Et ſcias ꝙ qua
druplex eſt infernus vnus eſt infernus dampna
torum in quo ſunt tenebre. et q̄tū ad carenciam
uiſionis diuine et quantū ad carentiam gracie et
eſt ibi pena ſenſibilis Et hic locus eſt infernus
dampnatorum. Alius infernus eſt ſupra ipſum
in quo ſunt tenebre et ꝓp' carenciam diuine viſi
onis. et ꝓpter carenciam gracie ſed non eſt ibi
pena ſenſibilis et dr̄ limbus puerorum. Alius ſu
per hunc eſt in quo ſunt tenebre quantū ad ca
renciam dine uiſionis ſed nō q̄tū ad carenciam
gracie. et eſt ibi pena ſenſibilis et dr̄ purgatoriū
Alius locus quartus magis eſt ſup̄ in quo ſunt
tenebre quātū ad carenciam diuine uiſionis ſed
non quātū ad carenciā gracie nec eſt ibi ſiue eāt
ibi pena ſenſibilis. et hic eſt infernus ſiue limbus
ſāctoꝝ patrum et in hunc. tm̄ xp̄s dn̄dit quātū
ad locū ſed non quātū ad tenebrarū expienciā
et iūi ſcōs extraxit. et ſcire te uolo ꝙ poſt tēpus
illud nullus ad limbū illum uel infernū dn̄dit
De pena inferni hēs in pena. Iteꝫ dixi in defunc
tus Item uide in ſapiencia. itē in ſcūs. item de ſi
nu abrahe habes in ſinus Hic poteſt queri an
dāpnati in inferno uelint omnes alios eſſe dāp
natos. ad hoc dico ꝙ ſicut in beatis in patria e
rit perfectiſſima caritas ita in dāpnatis erit per
fectiſſimum odium. vn̄ ſicut ſancti gaudebūt de
omnibus bonis ita mali de omnibus bonis dole
būt. vn̄ et felicitas ſanctoꝝ conſiderata eos maxi
me affligit. vn̄ dr̄ pſ. xxvj. c. videant et confun
dantur zelantes ꝑpl'i. et ignis hoſtes tuos deuo
ret. vnde uellent oīs beatos eſſe dampnatos. tā
ta enim erit inuidia in dampnatis. ꝙ eciaꝫ ꝓpin
quoꝝ glorie inuidebunt. cum ipſi ſint in ſumma
miſeria. cū eciaꝫ in hac uita hoc accidit creſcente
inuidia. ſꝫ tm̄ minus inuident ꝓpinquis ꝙ alijs.
Et maior eſſet eoꝝ pena ſi oīs ꝓpinqui damp

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

narentur. et alij ſaluarentur. ꝙ ſi aliqui de ſuis
ꝓpinquis ſaluarentur. Et exinde fuit. ꝙ diues
pecijt fratres ſuos a dampnacione eripi. ſciebat
enim ꝙ aliqui eriperentur. maluiſſet tñ frēs ſuos
cū omnibus alijs dampnari. ¶ Et ſcias ꝙuis ex
dampnatoꝝ multitudine pena ſingiloꝝ augeat̄
tamē tm̄ ſuper excreſit odium. et inuidia ꝙ ma
gis eligunt torq̄ri cum m̄ltis ꝙ̄ minus ſoli ¶ Pōt
eciam hic queri ſic. Natura intellectualis ordinata
eſt ad beatitudinē cuius eſt capax. ſed in demoni
bus manet natura poſt pc̄m̄ ergo non ſunt adeo
obſtinati. q̄n poſſint bonum uelle. et beatitu
dinem cōſequi. ad hoc rn̄deo ꝙ in demonibus
remanet natūalis potencia ad bonū vt remota.
et diſpoſita per cōtrariū habitum depuata qua
poſſent benefacere ſi uellent. ſed uelle nō pn̄t ꝙ
habitus malicie ab eius uoluntate remoueri nō
poteſt q̄n iam in ſtatu uie non eſt de hoc eciam
in pena vide ¶ Item pt queri an melius ſit non
eſſe quam male ēe. ad hoc dico ꝙ melius eſt nō
ēe. quam male ēe. vnde dicit iero. tractans illud
iēmie. c. xx. maledcā dies in qua natus ſum me
lius eſt n̄ ēe. quā male ēe. et bn̄b. dicit in xxxv
ſermone tractās illđ cant̄ ſi ignoras te o pulcra
inter mulieres. Egredere. et abi. poſt greges ſo
dalium tuoꝝ. homines quidem merito ignoran
cie ignorati. i. reꝓbati. et ad tremendū illđ iudici
um ſtare. et igni ꝑpetuo tradi hunc. non autem
et pecudes. nec dubiū pecudes fore deterius hijs
qui ſic erunt. ꝙ hijs qui omnino non erunt me
lius fuerat ei inq̄t ſi natus nō fuiſſet homo ille
nā utiꝗ ſi natus n̄ fuiſſet oīō dāpnatus n̄ fuiſ
ſet homo. ſed ubi gracia aut pecus aut alia que
piam creatūa que q̄n iudicium non haberet ad
iudicium non ueniret ac per h̄. nec ad ſuplicium
puto ꝙ et in pn̄ti uita ſi bene adūtas poſterio
rem ire pecoribus hominem iudicabis an non ſi
qđ tibi uidetur ipis beſtijs ꝙ āmō beſtialioꝛ ēe
homo rōne uigens. et rōne non uiuens. Nam
pecus q̄dem ſi ſe racione non regat excuſacionē
habet a natura a q̄ hoc ei penitus munus nega
tum eſt hanc nō habet homo cui ab ipa ſpecia
li ꝓrogatiua donatū eſt merito ꝓinde eoipo cen
ſetur homo egredi. et poſt ire gregalibꝫ animan
tibus ꝙ ſolū hoc al̄. cōuerſacione degeneret iūa
nature tranſgrediens rōis cōpos. rōis expti a.
moribus. et effectibus imitatur Conuincit̄ ergo
ire poſt greges homo. et nunc quidem de ꝑuaci
one nature poſtmodū ante. et extremitate pene
h̄ bn̄b. Boecius eciam dicit Ceteris animātibus ſe
ſe ignorare natura eſt hominibus uicio uenit
Hic nota ꝙ non eſſe poteſt dupliciter cōſiderari
vno mō ꝑ ſe. et ſic nullo mō pt eſſe acceptabile
cū non habeat aliquā rōeꝫ boni. ſꝫ ſit boni pura
priuacio Alio modo poteſt cōſiderari inquātū ē
ablatiū penalis uel miſerie vite. et ſic non eſſe ac
cipit rōꝫ boni carere enim malo eſt q̄dda bonū
ut dicit phus. in v. eth. et per hunc mođ melius
eſt dampnatis non eſſe quā miſeros eſſe. Et ſm
hoc dampnati pn̄t eligere nō eſſe ꝑ. deliberatiuā
racionem. Et ſcias ꝙ uſque ad infernum ſunt
miliaria tria milia ducenta quadraginta quinꝗ
ſm illos qui ponunt infernum in centro terre
Infero infers intuli illatū cōpo. ¶ uide in tra
nitur ab in et fero fers et dicit̄ inferre introferre
ul̄ immittere. Vnde dn̄s ad thomā. Infer digitū

tuum huc. Et inferre. i. cōtra ferre. irrogare. et
pertinet ad malum mala enim inferuntur. et ſm
hanc ſignificacionem inuenit̄ in dialetica inferre
. i. cōcludere. illacio cōcluſio Cū enim aliquid con
cluditur infertur. i. cōtra oppoēm alicuius infert̄
vnde cōiūccio q̄ eſt ſignum cōcluſionis dr̄ illati
ua quaſi cōtra portatiua
Infertum ti ge. neu. i. uinū qđ alti offertur l̄
libatur. Et cōponitur ab in et fertū qđ eſt liba
cio l̄ oblacio q̄dā. et diuat̄ tm̄ ab infero infers
Inferus ri maſ. ge. pro inferno ul̄ pro deo in
fernali ſꝫ pro deo mortuoꝝ uel pro manibus ſi
cut ſuperus pro deo celeſti. i. pro deo uiuorum.
et diuatur inferus ab infernus et corripit fe
Infeſſus. ab infiteor eris dr̄ infeſſus ſa ſum. i.
Infeſtus. ex in et feſtus ¶ non faſſus negans
idem qđ iratus infenſus cōtrarius moleſtus inq̄e
tus. et dr̄ infeſtus quaſi nō feſtus non feſtiuus
Et cōpatur infeſtior ſimus. vn̄ infeſte tius ſime
aduerbium. et infeſto as. aui. i. moleſtari aduer
ſari infeſtū eſſe alicui. et cōſtruitur cum accō
Inficie arum in inficior uide.
Inficio cis eci. infectum ex in et facio et dr̄ in
ficere deturpare tingere repellere informare et ꝑ
tinet ad ꝓprietates intrinſecas et corripit fi.
Inficior aris inficiatus ſum cōponitur ab in
et facio et dr̄ inficiari quaſi non facere non eſſe
factū cotendere. i. negare et ꝓpe qđ uerū eſt q̄ſi
non fateri factū. ſed cōtra ueritatē mendacio niti
Et eſt ꝓprie inficiari rem debitam negare cum a
creditore depoſcitur Idem et abiūacio. i. rei cre
dite abnegacio. unde q̄dam Inficit intingens qui
denegat inficiatur et ab inficioꝛ hee inficie arū
Infidus in fidus exponitur. ¶. i. negociacōes
Infimas ab infimus dr̄ hic et h̄ infimas atis
et dicuntur infimates infimi et minores in po
pulo ꝙ autem infimi ul̄ infimates dn̄r quaſi in
infimo poſiti ethimologia eſt.
Infimo ab infimus dr̄ infimo as. penl̄ cor̄. et
eſt infimare deꝑmere ſubtus ponere. vn̄ infima
Infimus infra eſt aduerbiū loci ¶ tus ta tum
et cōpatur infra inferior infimus. vnde inferius
infime aduerbium. Et eſt drā inter infimum et
imum. vnde dicitur in greciſmo Infimus ordine
fit imus at ille loco. Et ponitur infimus pro de
iecto ul̄ infra poſito pt eciam infimus eſſe ūbū
et tunc producit fi. vide in infio infis infit
Infinitiuus exponitur in finitiuus
Infio ex in et fio cōponitur infio infis ſed
modo non eſt in uſu. vnde arl̄. in primo de gña
cione infimus triſtantem aliq̄n tangere nos ſed
nō nos eum Plo eciam h̄ uerbo utitur infimus
. i. dicimus et producit fi. pap̄ uero dicit Infit
ceteris deficit Antiq̄ tamē infit dicebāt. i. incipit
Infirmus ab ī et firmus cōpōit̄ infirmuſ ¶ fai
a. um. i. non firmus quia ſine formo. i. ſine calo
re. et cōpatur infirmioꝛ ſimus. unde infirme mi
us ſime adūbium Inuenitur eciam infirmiter
apud antiquos. unde in libro ſapiencie iiij. c. infir
miter poſita a uento cōmouebuntur. et hec infir
mitas tatis et infirmoꝛ aris. i. eſſe uel fieri infir
mum. vnde paulus in ij. ad cor. c. xj. Quis infir
matur et ego non infirmoꝛ Inuenitur eciam in
firmo as uerbum actm̄. i. debilitare fliſificare e
neruare. Et cōponitur ab in et firmo as
Infiſco as aui cōponitur ab in et fiſco as et

inſiſcare inſiſcum mittere. vnde illud et res eius
inſiſcentur. i. in publicū deueniant et eſt actiū
Inffligo gis inflixi inflictū et inffligo as in eo
dem ſenſu. i. inferre irrogare introffigere et eſt
Informis ab in et forma cō actiū et ꝓd̄ ſi
ponitur hic et hec informis et hoc me. i. turpis
q̄ſi ſine formitate non quia careat omnino for
ma. ſed quia careat pulc̄. et precipua forma. vn̄
informiter aduerbium et hec informitas tatis
Inflo as in flo as exponitur
Infortunium nij aduerſitas mala fortuna et
componitur ab in et fortunium
Infra dicitur ab in. et ē aduerbiū loci. et con
paratur infra inferior infimus. vnde infenus in
fime aduerbium. et ſignat infra localem dep̄ſſio
nem uel ſuppōez cui contrariū eſt ſup̄. vnde ma
le d̄r ſum infra muros ciuitatis niſi eſſet defoſſus
Infrenis. Ab in et ſub muris uide in intra
frenum. conponitur hic et h̄ infrenis et h̄ ne. Et
infrenus a. vm. i. ſine freno. et producit. fre.
Infrequens. corripit pn̄l. In frequens eſt.
Infringo. gis. exponitur in frango gis.
Infronitus. ta. tum. exponitur in fronitus.
Infrunitus. ta. tū. pn̄l. ꝓd̄. Item eſt q̄ infro
nitus. Ecc̄. xxiij aiō infrunito. et irreuerenti.
ne tradas me. Inuenitur eciam ibi infronito. et
cōponitur. ab in. et frumen qd̄ eſt pars gutturis
ubi cibus ſapit. vnde infrunitus quaſi ſine frumi
ne. ideſt ſine ſapore ſapiencie. i. inſipiens. ſtultus
indiſcretus. ſine freno racionis.
Infuſcatus ta tū. ſincerus. ſine fuſco. Ab in et
fuſcatus quod exponitur in fuſco cas.
Infula le. eſt faſciola ſacerdotalis capitis alba
in modū diadematis. a qua uite ab utraque par
te dependent que infulam uinciunt. vnde et uite
dicte ſunt quia uinciant. ſed infula plerūq3 lata
erat plerumq3 tortilis de albo et cocco.
Infurno. as. in furnus exponitur.
Infuſo. as. aui. are. i. fuſo inuoluē. cōponitur
ab in. et fuſus fuſi. et ꝓducit. fu.
Infuſoriū. rij. in ſuffuſorium exponitur.
Ingenicularis. rie. omnis ge. i. genu uel genua
flectens uel inclinans. Et corripit. cu.
Ingenium. nij. cōponitur. ab in. et genium in
eodem ſenſu. Illa eniz ꝑp̄ō in. addita. nichil ope
ratur ī qd̄ notat ingeniū eſſe intriſecam vim.
anime. et natūalem. vnde eciam dicitur ingeni
um quaſi intus genitum ſtz. a natūa. et eſt erbia
vnde h̄. ingeniolum li dimi. et ingenioſus a. um
et cōpatur. vnde ingenioſe. ſius. ſime. adūbium.
et ingenior aris. ingeniū exercē ingenioſe ſe ha
bere. Et ponitur ꝓ decipere. Et eſt tunc tranſiti
uum. Item. ab ingenium hec ingenioſitas tatis
. i. aſtucia calliditas prudencia ſubtilitas.
Ingenuus. conponitur. ab in. et genus. et dici
tur ingenuus. a. um. nobilis qui in genere habet
libertatem. non fcō ſicut libertus. vnde greci in
genuos eugenes uocant. quia ſunt boni generis
Vnde hec ingenuitas nobilitas. Et cor̄ ge. Vnde
Ouidius de arte. Dedecet ingenuos tedia ferre ſui
Inglorioſus. in gloria exponitur.
Ingerſo. ſas. in gerſa exponitur.
Inglorius. ab in. et gl̄a. conponitur inglorius.
ria. rium. i. ſine gloria abſq3 honore. idem qd̄ in
glorioſus. vnde quidā. nec queras gloriam et nō
Ingluuies. ab in dolebis cum inglorius eris.

glutio. tis. diuaſ̄ h̄ ingluuies. uiei. i. uoracitas
Vnde ingluinoſus ſa. ſum. i. uorax. uł ingluuies
cōponiſ̄. ab in. et gula quaſi in gulam ueniens.
Ingratus. ab in et gratus. conponitur ingra
tus ta. tum. et ſignificat tria nam ingratus. i. nō
gratus nō acceptabilis. et ingratus. i. immemor
beneficij. et ingratus. i. irremuēratus. et cōpatur
vnde hec ingratitudo. dinis. et d̄r ingratus quaſi
ſine gracia. Vo Dicitur ingratus acceptorum im
memor omnis. Et cuius merita ſequitur retribu
cio nulla. Et cui dicendi deeſt gracia uel faciendi
Et nota q̄ ille qui bn̄ficiū dat non ſtatim debet
ſe exhibere punitorem ingratitudinis. Sed prius
piū medicum ut ſcz iteratis beneficijs ingratitudi
nem ianet. Et ſcias q̄ ſicut dicit bn̄. in cāticis ſ
mone. li. Ingratitudo inimica eſt anime. exinani
cio meritoꝝ ūtutū diſperſio bn̄ficioꝝ ꝑdicio in
gratitudo ventus. urens. ſiccans ſibi fontem pie
tatis rorem miſericordie fluenta gracie. Et aug̃.
in ſermone ſancti ſtephi dicit q̄ peius eſt aliq̄d
ens. non ſolum inimicos nō diligimus. ſ; nec a
micis quid fidem integram cuſtodimus. ſ; ediuer
ſo graciaꝝ accio eſt inuitacō ad plus dandū. vi
Ingredior. eris. ingreſſus ſum. de in canis.
. i. intrare. ab in. et gradior deris. et cor̄. gre.
Ingruo. is. grui in gruo is. exponitur.
Inguadio. as. in guadia exponitur.
Inguen iguīs neu. ge. pars corporis cc̄. pude
da. ſic dicta. ab unguo. is. ſiue ab unccione. et cor̄
Inhabilis. exponitur in habilis. pn̄l gn̄.
Inhereo. ab in. et hereo conponiſ̄ inhereo es.
inheſi inheſum. i. inniti intus herē. vnde hic et h̄
et h̄ inherens. tis. vnde inhēnter adūbiū. et hec
Inhibeo. es. bui. in inhēncia cie. et ꝓd̄. he.
bibitū cōponiſ̄ ex in. et habeo es. et eſt inhibē
ꝓhibē cohibē uitare remouere ſeparе. Et eſt in
ꝑuatiū. Eſt enim inhibē non habē. vnde h̄ inhi
Inhibitor toris. ab in bitor toris. et cor̄. bi.
bibeo bes. d̄r h̄ inhibitor oris. i. bedellus qui. et
angarius. et exactor d̄r. q̄ nimis petendo et in
iuſte ferendo inhibet homines. uel quia inhibet
Inhumanus. a. vm. lites inter eos. cor̄. hi.
vide in hūanus.
Inibi. exponitur in ibi
Inicior. ab iniciū d̄r inicior aris. i. inchoare.
cōſecrare. ſanctificare. introducere. ſac̄ficare. vnde
ꝓphā iniciati ſunt beelpheor. i. ſac̄ficauerunt. uel
cōſecrauerunt. Et nota q̄ quidam utunſ̄ h̄ uer
bo in acti̇̄o gn̄e inicio. as.
Iniciū. ab ineo. is d̄r h̄ iniciū. cij. et eſt iniciū
rei. a qua aliquid incipit. ſ; pn̄cipiū ūboꝝ eſt ex
Inigo. gis. inegi inactū. cōponiſ̄ ordium.
ab in. et ago gis. et eſt inigē pecus a paſtu. in.
tectū agē. abigē uo eſt pecus a tecto in paſcua a
Inimicalis. ab inimi gere. et cor̄. Inigo pn̄l.
cus d̄r h̄ et h̄ inimicalis et h̄ le. et hic et hec in
imicabilis. et h̄ le. uel ab inimicor aris. p̄t h̄ uer̄
re. vn̄ inimicabilr̄ adūbiū. et h̄ inimicabilitas tis
Inimicus. ab in et amicus cōponiſ̄ inimicus
ca. cū. et cōpatur inimicior ſimus. vnde hec ini
micicia cie. et inimico cas. ūbū actiū et inimicor
aris. deponens in d̄ſis ſignificacionibus ut ini
mico illū tibi. i. facio illum inimicū tibi. Et inimi
cor tibi. i. ſum inimicus tibi. Hic nota q̄ dilcō
inimicoꝝ triplr̄ p̄t cōſiderari. vno q̄dem modo
ut inimici diligantur inquātū ſunt inimici. et h̄

eſt p̄uſum et caritati repugnans. q2 hoc eſt dili
gere malum alterius. Alio mō pt accipi dilecō ini
micoꝝ quantū ad naturam. ſ3 in uniūſali Et ſic
dilectio inimicoꝝ ē de neceſſitate caritatis. ut ſc3
aliquis diligens deū et ꝓximū. ab illa gn̄alitate
dileccōnis proximi. inimicos ſuos non excludat
Tercio modo pt conſidari dilectio inimicoꝝ in
ſpāli. ut ſcilicet aliquis in ſpāli moueatur motu
dilcōnis ad inimicū. et iſtud non ē de neceſſitate
caritatis abſolute. q2 nec eciā moueri motu dilec
cionis in ſpāli ad quoſlibet homines ſingularit̄
eſt de neceſſitate caritatis. q2 eſſet inpoſſibile. et
tū de neceſſitate caritatis ſ ꝑparacionem animi.
ut ſcilicet hō habeat animū ꝑparatū ad hoc q2
in ſingulari inimicū diligeret ſi neceſſitas occur
reret. Sed q2 abſq3 articulo neceſſitatis hō actu
hoc impleat ut diligat inimicū ꝓpter deū. hoc
ptinet ad pfectionē caritatis. Cū enī3 ex caritate
diligitur ꝓximus ꝓpter deū. quanto aliquis ma
gis diligit deū. tanto eciā magis ad ꝓximum di
leccionē oñdit nulla inimicicia impediente. ſicut
ſi aliquis. multū diligeret aliquem homine3 amo
re ipius filios eius amaret. eciam ſibi inimicos.
et totam eius familiam. vide in dilectio et in ca
Ininterp̄tabilis. ab in. et ritas. et in amor.
interp̄tabil̄. cōponitur hic et hec ininterp̄tabilis
et hoc le. qđ interp̄tari non pt uel non habile
ad interp̄tandum. heb. v. ininterpretabilis ad di
Iniquus equus adiectiū cōponitur cendum
cū in et dr̄ iniquus qua quū. i. non equus. et cō
patur. vnde ħ iniquitas tatis. et cor̄. pmam vn̄
pamphilus. Semp iniquoꝝ ſtelus impedit acta.
Initus ta. tū. pnl̄. cor̄. i. inceptus bonorum.
Iniūgo. gis. iniūxi iniūctū ex ab ineo inis.
in. et iungo. Et eſt iniūgere precipere ſicut uult
hug. mltis tamen ꝓbabilius uidet̄ q2 iniuccio
minus importat quā preceptum. quia qū prela
tus uult aliquid inquirere uel inuēire ꝑus iniū
git et poſtmodum facit preceptum.
Iniuria rie. in iniurius exponitur.
Iniurius. ab in et ius. componitur iniurius a.
vm. i. tortuoſus non ſeruans ius quaſi ſine iure
Et inde ħ iniuria rie. i. iniuſticia q̄ſi ſine iure. ul̄
cōtra ius quādo ſi3 fit aliqđ cōtra ordinem iuris
vnde iniurioſus a. um. i. iniurius ul̄ pocius qui.
patitur iniuriam ab aliquo. et cōpatur. vn̄ iniuri
oſe iniurioſius iniurioſiſſime adūbiū et ħ iniuri
oſitas tatis. Item ab iniuria iniurio2 aris. iniuria
tus ſum. iniuriari. Iniuriam facere. Et conſtruitur
Iniux Iugū cōpo cū datiuo. ut iniurio2 tibi
nitur cū in et dr̄ hic et hec iniux iniugis Item
cōponitur cū ſe. et dr̄ ħ et ħ ſeiux ſeiugis in eo
dem ſenſu Iniuges dn̄r boues non dum iugo cō
iuncti. Idem dn̄r ſeiuges quaſi ſeorſum a iugo ſ
hug. et in grecis̄ dr̄ bos nōdum domitus a m̄l
Innocēs nlli nocēs. in nocco ē tus dr̄ iniux
Innocuus ex in et nocuus. cōponit̄ innocuus
a. vm. i. innocens et cui non nocetur ſm. hug.
Innoxius. ab in et noxius dr̄ innoxius a. ū.
quaſi ſine noxa. innocuus proprie cui quiſquam
non nocere poteſt. nec nouit. nec ipſe alij.
Innuba. ex in. et nubo cōponit̄ ħ innuba be
. i. innupta q̄ adhuc nlli nupſit q̄ adhuc uultum
ſuum nō uelat. et cor̄ nu. ſicut pronuba. lic3 nu
Innuicio. cionis. fe. ge. et bo eam ꝓducat.
interponitur I. cauſa euphonie. deberet enī3 dici

innucio. ab innutus ti. addita o. fit innucio ꝛc.
Innulus. ab innuo is. diuatur ħ innulus li. et
ſunt innuli filij ceruoꝝ ab innuendo dicti quia
ad nutū matris abſcondūtur. vnde innulinus
a. um. et innuleus lea. in eodem ſenſu et ħ innu
leus idem qđ innulus. canti. ij. ſilis eſto capree
Innuo is. innui innutum. innulo q2 ceruoꝝ
ex in. et nuo is. et eſt innuere nutū facere uel ſig
num uel dare intelligi et eſt neutrum.
Ino grece uinum dicitur latine.
Inolitus. ab in. et oleo es. diuatur inolitus a
tum inſuetus innatus natūalis. vnde inolita bo
nitate inſueta et innata. Et corripit li
Inomellum. ab ino qđ ē uinum. et mel compo
nit̄ ħ inomellū. vini ul̄ mulſi. et mellis̄ confeccō
Inopinabilis. vide in opinor.
Inops. ops cōponitur cū in et dr̄ ħ et ħ et.
ħ inops inopis uel dic. ſ q2 dicebat̄ antiquitus
hic et hec et hoc ops. i. diues fecundus opulen
tus. et inde cōponitur inops. i. pauper. ſed drn̄t
inops dr̄ ꝓprie qui nichil h3 qui nec ſibi ſufficē
poteſt nec alijs largiri. ſed pauper dr̄ qui licet
alijs elargiri nō poſſit ſibi tamē ſufficit. vnde et
copulacionem recipiunt ut ibi ego ſum pauper
et inops et alibi. pauperi et inopi tu eris adiu.
tor. uel inops cōponitur. ab in et ops opis pro
terra. inde dr̄ inops quaſi ſine terra et inſepul
tus qui ſi3 caret ſepultūa. vnde ħ inopia pie ſ
hug. In gc̄. dr̄ ſullius poſſeſſor homo inops di
Inquilinus ni. i. aduena quaſi in atur eſſe.
colens aliena. ab incolo. ſlon enī ꝓꝑā ſedez. ſ3 in
t̄ra aliena inhitat. Sed dit inter inquilinum et
aduenā uel incolā. ſlam inquilini ſunt qui emi
grant. ſlam incola non indigenā ſ3 aduenam de
ſignat. Hec ē ergo int̄ illa drn̄a Inquilini ſunt
qui emigrant et non ꝑpetuo ꝑmanent. Aduene
uel incole aduenticij ſunt. ſed ꝑmanentes. idem
et accole pegrini uō dn̄r q2 pntes eoꝝ ignorant̄
ſunt enim de longinqua regione. Indigene uero
ſunt inde geniti. in eodem loco nati ubi habitant
uel inquilinus cōponitur ab in et culina ſi3 uil̄.
ciuis et aduentiuus ſm. quoſdam
Inquino as. aui. i. macl'o deturpo et cōponit̄
ab in et cunio is uel ab in et coq̄na et cor̄. qui
vnde in aurora dr̄ petra qua graditur uiris nō
Inquio inquis. ſm uſum de inq̄nat anguis
fectiuum eſt et eſt tercie cōiugcōis. Ꝟo Tercia uult
inquit quarta q2 ſumit ait. ex hoc colligit̄ q2 in
quimus cor̄. pnl̄. ſicut legimus ſ3 aimus ꝓđ j. ſi
cut audimus. Et ſcribitur inquit ꝑ t nō ꝑ d q2
nullum ūbum in d. deſinit in tercia ꝑſona pn̄tis
indicatī mōi. ſ aūt anologiam fere tota eius de
clinacio inuenitur ut ſup̄ oñdi in tercia pte. in
tractatu de preteritis tercie cōiugacōis in pn̄cipio
Inquiro. ris. ab in et quero ris. cōponitur. unde
Inſanus. ſanus cōpnitur cū in. in quero. ris.
et dr̄ inſanus a. vm. et cōpatur. vn̄ inſane nius
ſime. adūbiū. et ħ inſania. nie et inſanio is inſa
niui. inſanire. i. furere. et eſt neutꝝ. et ponit̄ quā
doq3 ꝓ ſcribere ūſus et facere uel cantare q2 olim
poete credebantur inſanire cū ūſus faciebant et
ſtudio uacabant. vnde ūgil̄ inſanire lib3 q̄n3 nbi
Inſcicia ab inſcius a. um dr̄ hec inſcicia cie. i.
ignorancia. vnde orac̄. in epi. ſed turpem putat.
inſcicie metuit q2 lituram. ſ hug. Itē ſapiē xix. a
liam ſibi aſſumpſerunt cogitacionem inſcicie Itē

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſapiencie xiiij. Sed in magno uiuentes inſcicie
bello. Et ſcias ꝙ inſcicia formatur ab inſciti ge
nitiuo de inſcitus ta tuz addita a. q₃ regula eſt ꝙ
ante cia breuiatur in denominatiuis que formant̄
addita cia. ut inſcicia et inſcicia formatur addita
a. ut inſcitus ti. et ideo ꝑducitur et ita teneas.
Vnde inſcitia ſcribit̄ per t. Vide in ſcitum.
Inſcius. a. um. q̄i ſine ſcientia. ab in et ſcius q̄d
Inſenſis. ſenſus cōponitur cum in ⟨eſt ſciens
et d̄r h̄ et h̄ inſenſis et h̄ in ſenſe q̄ſi ſine ſenſu.
Inſero tas. taui. filo adaptare. et cōpōit̄ ab in
Inſidie. ab inſideo des dı̄r hee inſidi ⟨et ſera
e ar. et hinc inſidioſus. a. um. et inſidior aris. in
ſidijs tendere et. preparare.
Inſignis. ſignū cōponitur cū in et d̄r h̄ et h̄
inſignis et h̄ ne. preclarus ornatus nobilis glorio
ſus magne fame quaſi hn̄s emiēns ſignū p̄ alijs
vnde h̄ inſigne. i. ornamentum et inſignio is. in
ſignini inſignire nobilitate ornare exaltare inſig
nem facere et eſt actiū
Inſilio lis. in ſalio is. eſt et corripit ſi.
Inſimulo as. ab in et ſimlo as. cōponitur inſi
mulo as. aui are. i. accuſare uel incuſare quia ac
cuſatoris eſt ſimlare in adūſariū q̄dquid poteſt.
Et inſimlor aris. inuenitur in eodem ſenſu in ge
nere deponenti ſ̄ hug. Item inſimlo. i. non ſimu
lo nō fingo. unde inſimulatus ta. tū. i. nō fictus
ſap. xviij. Inſimlatū imperiū tuum portans. i. n̄
fictum. uel componitur ab in et ſimulatus
Inſinuacō onis fe ge. exponit̄ in ſinuo ſinuas
Inſipidus da. dum. i. nō ſapidus pnl' cor. et cō
ponitur ab in et ſapidus. et cōpatur inſipidior
ſimus et ab h̄ gtō inſipidi addita tas fit h̄ inſi
Inſipiens ex in et ſapiens cō. ⟨pidıtas tatis.
ponitur h̄ et h̄ et h̄ inſipiens tis. i. non ſapiens
quaſi ſine ſapore et ſapiencia. Et cōpatur. unde
h̄ inſipiencia inſipiencie
Inſiſto tis exponitur inſiſto ſiſtis.
Inſicio onis. ab inſero ris uel ab inſitus ta. tū
inſiti addita o. Et ſcias ꝙ inſero ris inſeui inſitū
idem eſt q̄d plantare. Et eſt ꝓpe inſerere plantare
per immiſſionem ramoꝝ ad inuicē. Vn̄ ouidius
de reme. uenāt inſicio fac ramū ramus adoptet
Inſolens. ab inſoleo les d̄r inſolēs tis ge om
nis. i. ſupbus fatuus moribus non cōueniens. et
cōpatur unde inſolenter cius ſime adūbiū et h̄
inſolencia cie. i. ſupbia fatuitas uel p̄t cōponi in
ſolens ab in et ſolens. et corripit. ſo
Inſoleſco cis incipio ſolere et eſt Inchoatiuū
huius ūbi inſoleo les q̄d cōpōit̄ ab in et ſoleo
Inſomnis cōponitur ab in et ſompnus. di es
citur h̄ et h̄ inſomnis et h̄ ne. i. ſine ſompno ꝑ
uigil qui dormire nō poteſt. unde h̄ inſompnia
nie. i. uigilia. et h̄ inſompniū q̄d uidetur ꝑ ſomp
niū et eſt quedā̄ ſpcies ſompnij. uide in ſomniū
Inſons ab in et ſons cōponit̄ inſons tis. ge. ō
nis. i. innocens innoxius et cōpatur unde inſon
t. cius. ſime adūbiū et h̄ inſoncia e. i. innocēcia
Inſoncia cie. in inſons uide.
Inſpicio cis xi ctū inſpicere quaſi intus cōſide
rare. et cōponitur ab in et ſpecio cis. et cor̄ ſpi.
Inſtans tis. exponitur in ſto ſtas.
Inſtar. ab inſto as. d̄r hoc inſtar. indecli. i. ſimi
litudo. uel pocius ad ſimilitudinez. habet eniz in
ſe uim ꝓpōnis. ſcʒ ad. unde et non debet recipere
ꝓpōnem niſi in expōne. vn̄ dicendū eſt. hoc eſt
inſtar illius. i. ad ſilitudinē illius. Aliqn̄ tn̄ inue
nitur ad inſtar. ſed tunc ꝓpoſicio habundat.
Inſtauro as aui. d̄r ab inſtar Et ē inſtaurare.
facere ſil'e priori. reſtituere. reficere. ad prioris ſili
tudinē aliq̄d facere. repare. q̄d cōponitur reſtau
ro as. ꝓpe tercio repare. Et d̄r inſtaurare. quaſi
in ſtatum priſtinū reducere. Et eſt ethimologia.
Inſtigo as. ab in et ſtigo as. quod ē ſtimulare
d̄r inſtigo as aui. et eſt inſtigare ualde ſtigare q̄i
inſtinctū agere. ethimologia ē et ꝑō ſti. unde in
aurora d̄r Inſtigans proceres uoce minante ſuos
Inſtinctus. ab inſtinguo is d̄r inſtinctus ta tū et
h̄ inſtinctus tus. inſtigacō. pſuaſio. ſtimulacio in
Inſtinguo is xi ctū. i. inſtigare. pſuad ⟨citacio
re. ul' mortificare. et cōponit̄ ab in et ſtinguo is
Inſtita. ab inſto as. d̄r hec inſtita te. quedam
ueſtis talaris. que et ſtola d̄r Inſtita etiam d̄r la
tū cingulum cū quo puer ligatur in cuna Inſtite
etiā ut dic̄ pap. ſunt ꝑue linteole que mortuus
inuoluūt Job xj. ligatus manus et pedes inſtitis
Inſtitor. ab inſto as. d̄r h̄ inſtitor. ⟨et cor̄ ſti
onis. i. mercator quia inſtat mercibus emendis
Job. xxviij filij inſtitorum. ūſus ꝯciſim. Qui uē
dit merces mercator d̄r ille Inſtitor eſt inſtat q̄
ꝓ precio minuendo Mercator uendit inſtitor il
Inſtituo ex in et ſtatuo cōponitur ⟨lud emit
inſtituo is. i. decernere ordinare. vnde h̄ inſtitutū
ti. et h̄ inſtitucō onis moꝝ informacō. ſ̄ ꝑ quo
dam h̄. legali tm̄ in pl'i hee inſtitucōes onū l' in
Inſto. ab in et ſto ſtas cōponi ⟨ſtituta oꝝ d̄r
tur inſto as inſtiti inſtitū et eciam inſtatum pnl'
cor̄ inuenitur. i. cōtra ſtare inuigilare inſiſtere in
ſudare. vnde inſtans ꝑncipiū et nomen et cōpa
tur vn̄ inſtant̄ cius. me adūbiū. et h̄ inſtancia. e
et h̄ inſtans. tis d̄r tempus ſimplex Et ſic deſcri
bitur q̄d cum ſit finis p̄teriti ē ꝑncipium futuri.
ul' cū incipit ſtatim eſſe deſinit. ul' inſtans ē breuiſ
ſima ps tempis que n̄ expectat ſucceſſionem.
Inſubulus. ab inſubulo. las. quod componit̄
ab in et ſubulo. d̄r inſubulus. li. q̄dam inſtrum̄
tum in texendo telam circa quod pannus. ul' ſta
men inuolunt̄. ꝙ inſubulat̄. i. pforat̄. ut poſſet
inuolui et ꝯtineri. ꝑ uolūtate texentis Vel cōponi
t̄ ab infra et ſup̄ ꝙ infra et ſupra ſit Et cor̄ bu
Inſula le. d̄r terra vndiq₃ mari circūſepta. vn̄
inſula d̄r ꝙ in ſalo ſit ſita id eſt in mari.
Inſulſus a um. i. non ſalſus. quaſi ſine ſapore
ſalis ul' ſapiencie. Et compatur Et componit̄ ab
in et ſalſus. a um inq̄tū eſt nomen. Job vj. aut
poterit comedi inſulſum q̄d n̄ eſt ſale conditum
Inſulto. ab inſilio. lis inſilui inſultū. tu. u. in.
o. fit inſulto. tas. taui. ūbum fre. ꝓpe quidem eſt
inſultare q̄dam cauillacōne et deriſione hoſtem
deijcere.. Vnde de btō laurencio d̄r. Et ſubicienti
bus prunas. inſultat leuita xp̄i ut cū dicebat gi
rate et ūſate ad aliam ptē. Quidā̄ tamen p̄doꝛe
legunt ibi exultat. ita dicit hug. Pap uero dicit.
Inſultare inſilire et de alterius iniuria gaudere
Inſultus. tus. mas. ge. i. inuaſio aggreſſio. q̄ſi
ſaltum in alium impetuoſe facere.
Inſumo. ab in et ſumo componit̄ inſumo. is
pſi. ere. i. intus ul' ualde ſumē. ul' contra ſumere
Integer gra grum. i. incorruptus. Et cōpatur
integrior integerrimus. vnde integre. rius. rime
adūbia. et h̄ integritas. tatis. et h̄ integritudo di
nis. Et iſte ablt̄us inteḡ ponit̄ aduerbialiter pro

integre. Et componit̃ de integro uł ex integro. i. d
hinc uł ex hinc. uł a pn̄cipio uł de toto siū ex toto
Item ab integer integro as aui. are. i. integrum
facere nouare. Et componit̃ reintegro. as. et in
terposita d frequentius dr̃ redintegro as. Et hinc
inchoa integrasco cis. et redintegrasco cis Et sci
as q aliter est in isto inchoatiuo q̃ in alijs. alia
enim inchoatiua hn̄t significacōne eandem quā
et sua pmitiua. ut si pmitiua sign̄t actū et eorū
inchoatiua. In hoc tam̄ aliter est. Nam integ̃. as.
sig̃t actum s eius inchoatiū sig̃t passionem. Inte
grasco enim non ē incipio integ̃re. sed incipio inte
rari. Similiter contingit in augesco licet de h nō
faciat mencōnem pscianus. Integ̃ actiū est cum
omnibus suis compositis. Et cor̃ te. Vnde in aur̃
dicitur. Integrat imponens omnibus ille manus

Integrasco. cis. in integer est.

Intellectibilitas in intelligo. gis exponitur

Intellcō onis uide in quarta parte in capitulo
de tropis ubi agitur de sinodoche.

Intellcūs in intelligo. gis exponit̃. Hic nota
q sicut dicit phūs in iij de anima in hoc differt
intelligibile a sensibili. quia sensibile excellens de
struit sensum. Intelligibile autē maximū non de
struit s confortat intellectum. Sed fm h cū deus
sit maxime intelligibil' q̄tum in se est quia est
pmū intelligibile uidetur q a nrō intellcū possit
eciam nūc maxime intelligi. non enim impedię
tur nisi ppter suā excellenciam. Ad hoc dico q
quodāmō est simile in intellcū et sensu. et q̄dam
modo dissimile. In hoc enim simile ē q sicut sen
sus non pt in id quod non est pporcionatū sibi
ita nec intellcūs cū omnis cognicō p modū cog
noscentis sit fm boeciū. In h autē dissimile q i
telligibile excellens non corrumpit sicut excellēs
sensibile. vnde intellcūs non deficit a cognicōne
excellentis intelligibil'. q corrumpat̃. s q per se
non attingit. et ideo non plecte deū uidere potest
intellcūs creatus. Item scias. q boni angeli cum
sint bn̄ oportet q habeant plenā uisione siue i
tellectū eorū omniū de quibus est fides. q̄tū ad
uisionē glosam. que fidei succedit. Et ideo sicut fi
des credit corpus xpi esse sub sacr̄mto. Ita uisōe
bn̄ angeli uident Credo autē q omnia que sunt
fidei sunt sup naturalem cognicōnem. et intellec
tū angelorū sicut sup racōnem naturalem homi
num. Et ideo misteria fidei dr̄r esse abscondita a
seculis in deo Ephes iij c. Vnde naturali cognicō
ne non uident angeli corpus xpi. sub sacramento
s solum btā. Demones uo nullo mō uident ple
narie. s credūt et contremiscūt. Item scias q sic̄
dicit aristotiles in pmo et h. sicut in corpe uisus
ita in anima intellcūs. Itē intellectus differt ab
opinione. sicut dicam in opinio.

Intelligo. gis. lexi lectū. ere. q̄i intus legē. Et
componit̃ ab inter et lego. gis. mutata. r. in. l.
vnde intelligens. tis. g. o. vnde intelligenter adū
bium. et h intelligencia. cie. Item ab intelligo h
intellcūs. tus. tui. vnde h et h intellectualis et h
intellectuale. vnde intellectualiter adūbiū. Item
ab intelligo h et h intelligibil'. et h le. vnde in
telligibiliter adūbium. et h intelligibilitas. tatis
et h et h intellectibilis. et h le. intellcū comphē
sibilis. vnde intellectibiliter adūbium. et h intel
lectibilitas. Dr̄r g̃ intellectus et intelligencia et
intellectibilitas. Quanto enī intellectus ē supior
racōne intm̄ intelligencia est supior intellectu. et
intm̄ intellectibilitas supior est intelligencia. Ra
cio est uis anime discretiua formarū ad seinuicē
Intellcūs autē est uis anime. qua forme ext̃ cor
palem naturam comphendunt̃. uł qua incorpo
rea pcipiunt̃ cū certa racōne quare ita sint. Sed
incorporeorū tria sunt gn̄a scz anima. angelus. et
deus. s circa diuinā substanciā non pcipit intel
lcūs. pprie quid intellcūs est uis anime comphen
siua incorporearū subarū formis subtctarū uł for
marū circa eas Intelligencia uero est uis anime
que aspirat ut aliquid circa diuinā substanciā cō
phendat. Intellectibilitas uero est q̄dam uis ani
me omniū formarū in quadam simplicitate com
plicatiua absq3 ordine naturali. uł tpali. Tali mō
deus comphendit res. q oīa vno intuitu absq
omni successione dr̄ comphendē. Hoc modo cog
noscendi utunt̃ tres ordines angelorū. qui deo p
pinquiores sunt. Et quia forte sunt aliqui hoīēs
qui q̄tum dei bonitas pmittit ad hanc aliq̄ mō
accedunt cognicōnem. ideo dicit plato Intellcūs
solius dei est. et admodū paucorū hominū Et po
nit̃ h intellcūs p intellectibilitate. q sepe pōcā
uocabula inuicē p se ponr̄. s certe qualitercūq
intellcūs accipiat̃. scz siue pprie. siue impropie pro
intelligencia. siue p intellectibilitate. potest dici
uere. Intellcūs solius dei est et admodū paucorū
hominū. fm q dicit hug̃ Hec tamen ad aliā sci
enciam pertinere uidentur. Vide in sapiencia. et in
uoluntas et in ratio et in opinio.

Intemperies. ab in et temperies componit̃ h
intemperies. ei. et hoc intemperium. rij. ubi nul
la securitas nullum temperamentum est

Intempestiuus in tempestiuus exponitur

Intempestus in tempestus exponit̃ Et scias
q quedam pars noctis est intempestum. sicut ha
bes in crepusculum et tempestus.

Intendo. dis. intendi intensum uł intentū. com
ponit̃ ab in et tendo. dis. et est intendē augē. uł
adiūgē. ut deus intendit albedinē circa istum. et
fm h facit intensum. su. vnde intensio adauctio
Intendē eciam est operam dare. dirigere. intentū
facere. intelligere considerare. ut iste intendit ani
mū suū. et fm h pprie facit supinū intentū intētu
vnde h intencio. onis. abstraccō. consideracō. Itē
intencio interdum p uolūtate interdū p fine ac
cipit̃. vn̄ intentiuus. a. um. et h et h intēcional'.
et h le. et intento. as fre. uide in affectus

Intencio. onis. uide in intendo. dis

Intensio onis. uide in intendo. dis.

Intento. tas. ab in et tento. as. componit̃ ut
dicit pap intentat. i. intendit. multū minat̃ obij
cit. impugnat. imponit. infert. Itē intento. as. pt
esse fre. et tunc format̃ ab intentu supino de in
tendo. dis. intensum. uł intentum. tu. u. in. o.

Inter. ab in deriuat̃ inter adūbium loci semp
enim signat locū. uł q̄i locum. s dissimiliter. q̄si
sex modis. Signat enim qn̄q3 localem posicōnē
in medio. ut interrumpo. Qn̄q3 tinsicōnem vnius
ad aliū. ut internūcius. Qn̄q3 localem distanciā
ut intercapedo. Qn̄q3 distanciā tempalem. ut in
uallū. Qn̄q3 uicissitudinem cū tinsicōne. ut conū
si q oculos inter se atq3 ora tenebant. Qn̄q3 pe
manenciā in medio. ut inter amicos. et hoc cū
quadam continuacōnis significacione.

Interasile dr̄ interpolatum celatura. et plana

planum enim inter celaturas q̄i rasum uidet̄. Et
declinatur h̄ et h̄ interasilis et h̄ le pe. cor̄. uel
ſ pap̄ Interasilis anaglipha ſculptura Alexand
uero ſic dicit. Quod nūc ſcripturis. nunc planicie
uariatur. Hoc et nō aliud opus interasile dicit̄
Intercalaris. ab intercalo las. deriuatur hic et
hec intercalaris et h̄ re. interpoſitū uł interpo
ſitum. ſcꝫ qđ interponitur. ut mẽſis intercalaris
qui ſepe interponit̄. vnde hec intercalaritas in
tercalaritatis. i. interpoſicio
Intercalo las. penultima cor̄. uide in calo.
Intercapedo dinis. pđ pnł nā. ſed pnł gā cor̄
vide in capedo ubi exponitur
Intercedo dis. interceſſi cōponitur ab inter et
cedo dis. ſſi. et eſt intercedere ꝓ aliquo ad aliq̄s
preces facere. Eſt enim intercedere. i. inter aliq̄s
cedere et eſſe mediatorem. et ꝓprie inter minorē
et maiorem ut maior cōdeſcendat minori preci
bus mediatoris vnde ſancti dn̄r noſtri interceſſo
res apud deū. Sunt enim mediatores inter nos
et deū ſingulł diebus ꝓ nobis cū orantes. quoꝝ
interceſſione qui renes ſcrutatur et corda nobis
auxilietur. ut opus inceptum ad finem laudabi
lem ꝑducamus. Et producit pnł intercedo.
Intercido dis cidi. ſupino caret. et cor̄ ci ubiq̄ꝫ
et componitur ab inter et cado dis cecidi. Et eſt
intercidere. inter aliqua cadere. ¶ Item inuenitur
intercido is cidi ciſum. i. interpolatī cedere ł inter
aliqua cedere. vñ beatus iacobus martir. dictus
eſt interciſus. qꝛ ꝑ ſingula membra fuit ceſus. et
pđ ci ubiq̄ꝫ. cōponitur eniꝫ ab inter et cedo dis
Intercilium lij ſpaciū quod ē inter duo ſupcilia
et componitur ab inter et cilium
Intercipio pis. et intercapio pis. in eodē ſenſu
. i. inter aliqua et in medio capere. ab in uł inter
Interclino as aui are. i. inter ¶ et capio pis.
aliqua clinare. et conponitur ab inter et clino as
et pđ cli. Et inde h̄ et h̄ interclinijs et h̄ ne. et in
Intercludo. ab inter et clau ¶ terclinus a um
do cōponit̄ intercludo. dis. interclusi incluſuꝫ in
tcludē. i. inter aliqua claudē. uł auferre. et in h̄
intercludo. dinis idem qđ intercluſio. Et prođ clu.
Intercolumniū. nij. componit̄ ab inter et co
lumna. q̄i inter columnas exñs. ſcꝫ id quod poni
tur inter columnas. uł ſpaciū diuidens eas. In iij
tamen li reg̃ c vij. ubi dr̄ Media intercolūnia qua
drata non rotunda. dicit glo. Media intercolūnia
dicit tabulā ſupiorem. que ſicut alie q̄drata erat
ſimili ſculptura. et in ſummitate ſua habebat ro
tunditatē vnius et dimidij cubiti in q̄ intpone
Interconfiniū ab inter et cōfiniū cōpo ¶ batur
nit̄ h̄ interconfiniū nij. i. tminus uł locus inter du
Intercurſo. as. ūbū fre. et formaꝰ ab ¶ os fines
ultio ſup̄ de intercurro ris. intercurſu. u. mutato in. o
Intercus. Ab inter et cutis cōponit̄ h̄ et h̄ et
hoc intercus. cutis. i. illa res quam patimur inter
carnem et cutē. ſicut ē infirmitas uł malus hūor
uł aliud huiuſmodi. vnde intercuticus. ca. cū. et
intercutaneus. a. um. omnia pro eo quod eſt inter
cutem. Et corripit cutis primam.
Interdictū. ab interdico. cis. dr̄ h̄ interdictū. ti. q̄i
interim dictū. ſcꝫ quod interim ānūciat̄ a iudice
non in ꝑpetuo maneat. q̄i q̄ꝫ diu dictū et ſtatutū
eſt a iudice. ¶ Hic nota qꝫ in gñali interdcō dñr
iſta conferri ab eccleſia ſcꝫ baptiſmus puulorum
pñie morienciū. Poteſt eciā epūs puulos bapiza
tos confirmare. Item ſemel in menſe uł in ſeptia
na populum interdictū et eciā excōmūicatū ad
eccleſiam aliquā cōuocare et eis ꝑdicare. Iteꝫ ꝑt
eucariſtia in morte uere penitentibus dari. Vnde
dicit decre noua Permittimus eccleſiaꝝ miniſtris
ſemel in ebdomada tempe interdicti non pulſatis
campanis uoce ſummiſſa. ianuis clauſis excōmu
nicatis et interdictis excluſis miſſaꝝ ſolemnia ce
lebrare cauſa conficiendi corpus dñi. qđ decedentibꝫ
in pñia non negat̄. ¶ Item pmittit̄ qꝫ clerici de
cedentes qui bñ ſeruauerūt interdictū in cimitirio
eccleſie ſine campanaꝝ pulſacōne ceſſantibus ſo
lemnitatibus omnibꝫ cū ſilencio tumulent̄. ¶ Itē
concedit̄ qꝫ in conuētualibus eccleſijs bini et bi
ni uł ſimul tres. horas canonicas ualeant legere
pocius q̄ꝫ cantare ianuis clauſis. interdictis et ex
cōmunicatis excluſis. uoce ita dimiſſa qꝫ extius
non poſſint audire. ꝑ quod patet qꝫ interdicti et
multo forcius excōmunicati non debent aſculta
re horas canonicas ¶ Item peregrinis accipietibꝫ
ſignū crucis ob reuerenciā crucifixi non eſt penitē
cia deneganda. Quod eciā alijs peregrinis ꝑt miſe
ricorditer indulgeri. ¶ Itē nota qꝫ extrema vnc
cio non debet dari alicui ꝑſone layco. uł clerico uł
religioſo. in loco generali interdicto ſuppoſito. ñ
ſuper hoc habeant ꝑuilegiū ſpēale. uiđ in ungo
Interdiu componit̄ ab inter et diu. i. interī dū
dies eſt. vnde interdius. a. ū. i. iugis et continuus.
Inuenit̄ et ꝑdius in eodem ſenſu. Et componit̄
Interduca. ab inter et duco cis dr̄ ¶ a ꝑ et diu
hec interduca. ce. i. iuno. que ideo ſic dr̄. quia in
terat. quādo puelle maritabant̄. uł qꝛ eas. in
troducebat. uł quia interim dum erant in itinere
eas ducebat. eſt eciā ꝓnuba que domiduca dice
batur. qꝛ uſq̄ꝫ in domū puellas maritatas intro
ducere credebatur. et corripit du.
Interdum nonnunq̄ꝫ aliquociens. ꝑi.. papiam
Interea. ab inter et ea componit̄ interea adū
bium tpis. Quidā uero dicūt qꝫ ab inter diuat̄
interim et interea. De hoc plenius dixi in iij pte
ubi egi de figura compoſita nominis. g. et cōpōi
tur interealoci adūbiū loci. i. iteꝝ uł in eo loco.
Intereo. ab inter et eo. is componit̄ intereo in
teris interiui uł interij interire. ūbum abſolutū
. i. mori ꝓpe in itinere. vnde h̄ interitus. tus id ē
mors. et interitus. ta. tum id eſt mortuus.
Intereſt. ab inter et ſum componit̄ interſum
es eſt interfui intereſſe. et conſtruit̄ cū dtō. ut in
terfui tali negocio tñ eius impſonale intereſt. con
ſtruit̄ cū gtō Iſta. n. impſonalia intereſt et refert.
conſtruunt̄ cū genitiuis oīm dcōnum caſualium
ut intereſt ſocratis legere et refert plonis diſpu
tare. ꝑter iſtos quiq̄ꝫ gtōs ꝑmitiuoꝝ ꝓnoim̄ ſcilꝫ
mei tui ſui noſtri ueſtri. loco quoꝝ conſtruuntur
cū ablīs ꝓnominū poſſeſſiuoꝝ. in ſing̃ nūo. et
in fe. ge. tantū. ſcꝫ mea. tua. ſua. noſtra. ueſtra. ut
mea intereſt legere. et refert tua diſputare. Si āt
ſint gñ poſſeſſiuoꝝ. tūc conſtruunt̄ intereſt et re
fert cū illis genitiuis. ut mei fratris intereſt legē
et tui patris refert diſputare. ¶ Item conſtruūt̄
predcā ūba cū iſto gtō cuius. ut cuius intereſt fa
cere hoc. Et h̄ habemus a pō. in minori lib̄ con
ſtructionū. eodem modo conſtruunt̄ cū iſto abla
tiuo cuia. ut cuia intereſt facere h̄. et h̄ habemus
a pō in maiori. ¶ Itē poſſunt regē nt̄os quando
ſignant ꝑtinenciā. ut iſte equus intereſt ſocratis

.i. ad utilitatē ſocratis ptinet. ut hec capa refert
tua. i. ad utilitatem tuā ptinet. ¶ Sed h̄ ſic op
poniť. Talis regula poniť. Omne v̄bum impſonā
le paſſiue uocis ſiue actiue debet habere illum ca
ſum p naturam ſuppoſicōnis quē hn̄t ſua uerba
pſonalia ex quibus deſcendūt ex pte poſt. p na
turam regiminis. ut ego amor a te. et impſona
le paſſiue uocis amať aut requirit ablatiū ut a
me amať. Similiter in v̄bis impſonalibȝ actiue
uocis. ut h̄ placet michi. Et ſuū impſonale aut
r̄quirit datiū ut m̄ placet et ſic de alijs Ergo uide
tur φ intereſt et refert impſonalia conſtruātur
cū dtīs. quia eoꝝ pſonalia cū dtīs poſt conſtruū
tur. ut interfui huic negocio. Ad h̄ dico φ p̄dic
ta v̄ba non ſeruant conſtruccōnem ſuoꝝ v̄borū
q2 non retinent eoꝝ ſigcōnem. quia cū dico inť
fui huic negocō. i. pn̄s fui. Cū autē dr̄ Imperato
ris intereſt habere bonos milites mutať ſignifi
cacō. q2 ſenſus eſt. ad utilitatem impatoris ptinȝ
Et uariacō ſignificacōnis facit uariacōnē cōſtruc
Interficō. ab inter et facō componiť ¶ cōnis.
interficō. as. feci. interficere. i. occidere. et coř fi
Interia quod et enteria eciam dr̄. i. inteſtina.
Vnde interia dn̄r qui diſſolucōnem paciunť uē
Interibi. in ibi exponitur ¶ tris. ſm. pap
Interieccō q̄dam pars orōnis indeclinabiľ ap
latinos. ab interiaccō. cōs dcā. Et non componiť
interieccō. ſ; ſemp ſimplex eſt. Cuius rcō ē quia
ꝓpium eſt paſſionis deſtruere. Vnde cū interiectio
affectū paſſionis deſignat naturam habet cōpōi
contrariā. et ꝓpter h̄ conſueuit abſconſa uoce ꝓ
ferri. ergo ꝓdolor uľ ꝓpudor nō poteſt eſſe una
ps Item heu oe ſunt due interiectiones abſq3 cō
pōne. ſicut o utinā ſunt duo adūbia optandi ſñ
cōpōne ueniencia ¶ De accentu autē interiectio
nū dixi in ij pte ubi egi de accentu interiectionū
Et ſcias φ ſicut dicit ps. interiectio conſueuit ab
ſconſa uoce ꝓferri. uacħ. Et donatus dicit φ inť
iectio eſt uox incognita. i. intus condita ſiue ab
ſconſa. Vnde in grecismo dicť. Vt donatus ait
uox eſt incognita uox hec. Hec quoq3 que plcā
eſt uox interiectio non eſt. unde in racha.
Intericio. onis. fe. ge. i. mors. Et formatur de
interiti gtō huius nōis interitus ta tū. addita o
Propheta. Eripuit eos de intericōnibus eorum
Interlido. dis. in ledo. dis. eſt.
Interlinearis. dr̄ a linea. et componiť a linea
et inter. et dr̄ h̄ et h̄ interlinearis. et h̄ re quod
eſt inter lineas. Vnde quedā gloſe dn̄r interlinea
res que ſunt inter lineas. uľ interlinearis p̄t dici
Interminus. ab in et ter ¶ uari ab interliniū.
minus componiť interminus. a. um. i. ſine ťmi
no exn̄s. Vnde in hymno trinitatis. In ſimplici
ſuba v̄tus manēs intermina. Pap ūo dic. Intimi
na intim̄cia. mediatex. inſepabili ťmino carens.
Intermitto. tis. componiť ab inť et mitto. tis.
et eſt intermittere inter aliqua uľ interpolare uľ
interim dimittere uľ relinquē ſ̄ hug. pap ūo dic
Intmittere ad tp̄us dimittē. et iteȝ ad ideȝ reūti
Interneccio. onis. fe. ge. q̄i quedam homis mag
neccio. mors. uľ pena. Intnecīū dr̄ bellū in q̄ om
nes perierunt nullo remanente ſm pap. Et for
mať ab internecti gtō de internectus. addita. o.
et remota. t. Vnde dicit ps in iiij lib de denomi
natiuis ¶ In io terminancia plerumq3 a pticipijs
hūt p̄teriti temporis. quoꝝ gtīs aſſumpta. o. et
coř ꝫ facit huiuſmodi nomina. ut oratus. ti. orō
lectus. ti. lcō. Internectus autē internecti interne
cio fecit euphonie cā. abiecta. t. Quidam uero fin
gunt eciam internicio quos non ſequor.
Interneco. ab inter et neco. as. componiť inť
neco. as. aui. are. i. inter aliqua necare. uľ intpola
tim necare. uľ interim dum aliquis eſt in itinere
necare. unde h̄ internecacō. onis. i. mors que con
tingit alicui in itinē Itē inť ponitur ſepe ꝓ e. vn̄
uenimus mare interbibere. i. ebibere Et ſ̄ h̄ dr̄
interneco. as. i. enecare. Et coř. ne.
Internicida. ab inter et neco. as. quod idem ē
quod enecare. deriuať h̄ et h̄ internicida. ideȝ qđ
homicida. q̄i enicida ſcȝ qui falſum teſtimoniū
fecit. et cōmiſit. et ob id hominem occidit. Vn̄
hec interniciees. ei. mors ab illo facta.
Interniciū. ab internicida deriuať h̄ internicidiū
uľ intniciū. i. mors. occiſio quā intnicida cōmit
tit Et dr̄ internicidiū uľ interniciū q̄i quedaȝ ho
minis enecacio Et indictū internicidij dabatur in
intnicidam et accuſatorem eius poſſeſſio bonoꝝ
ſequebať. Interniciū eciam dr̄ bellum in ō oms
pereunt nullo remanente.
Intnodiū. dij. ſpaciū inť nodos. uľ illud g̃ſſuȝ
os quod eſt in genu. Et dr̄ internodiū quia ino
dat ſimul crus et coxam inter ſe. Vnde ouid ī v
metha. Mollia nodoſus facit internodia poplex
Et componitur ab inter et nodus.
Internūcius. cij. dr̄. et h̄ internūcia. cie. qui uľ
que inter duas ptes aliquid nūciat. uľ nūciū por
tat. et h̄ intnūciū cij. qđ intnūcius nūciat. Et cō
ponūtur p̄dcā ab inť et nūcius a ū. ſubſtantiuūs.
Internus a um. i. interior. ab intus.
Intero. ab in et tero ris. componiť intero. ris
rui. intritū interē. i. intus terē. immutare uľ ual
de terē. Vnde in daniele ultimo dr̄. de abacuc φ
intriuerat panes in alueolo. Et corripit te.
Interpello. ab inť et pello. as componitur in
ťpello. as. aui. are. i. intrrogare. inť aliqua uocare
et alloqui. uľ ꝓ alio p̄ces fundē. Vnde ad rom.
viij. c. q̄ eciā intpellāt ꝓ uob. et ſcribiť p duo l
Intpolo. ab inť et polus componiť interpolo
as. aui. are. i. obturare. uľ inq̄nare. uľ impedire. ľ
interrumpē. corrumpe. uariare. nō continuare. vn̄
in hymno. φ nulla uox interpolet fide q3 iugi lu
ceat. Vnde intpolus. la. lum. i. interruptus. uari
atus non continuus. et h̄ interpola. pole. quedam
ueſtis. que dum ſit uetus ad nouā ſpēm deduci
tur et fit quaſi noua. Et coř po.
Interpres. pres inꝑtum accipitur ꝓ diues. cō
ponitur cum inter et dr̄ h̄ et h̄ interpres. tis. et
dr̄ interpres qui diuiſa gn̄a linguaꝝ nouit. ſcȝ q̄
unā linguā exponit p aliam. uľ unā linguā ťnſ
fert p aliam. Et dr̄ ſic q2 mediator eſt inť vnaȝ
linguam ſeu loquelam et aliam. vel componiť
a pres quod eſt diues q2 interp̄tes dicunt loq̄las
ťnſferentē uocabula de vna loquela in aliam. uľ
componiť a ps ptis. q2 interpres ſit medius du
aꝝ linguaꝝ. cū ťnſfert uľ exponit vnam linguā
p aliā ſ̄ qui inter deū interp̄tať et homines q̄bȝ
diuina indicat miſteria interpres uocať. unde in
p̄tor aris cōmune v̄bum. i. exponere uľ exponi
vnam linguam p aliam. unde h̄ et h̄ interp̄tabi
lis et h̄ le. aptum ad interp̄tandū. ps. tamen ui
detur uelle φ predcā compō p̄cedat in v̄bo. Et
inde deriuať interpres. ita dicit hug. Et ſcias φ

interp̄tatio fit in diuſis linguis. ut cinos ḡce dr̄
anis latine Ethymologia aūt fit in eadē lingua
ut cū dr̄ lapis q̄i ledens pedem. Gloſā autē ſup
illud pſa. xliiij. Interp̄tes tui. i. moiſes et aaron
ꝑuaricati ſunt in me. ſic dicit interp̄tes q̄i inter
ptes. ſcȝ pacem facientes. Itē nota ꝙ pmū ſcrip
turas ueteris teſtamēti de hebreo in grecū ſeptua
ginta interp̄tes tranſtulerunt Secūdam edicōnem
aquila. Terciam et quartam theodocion. et ſima
cus ediderunt ambo iudei ꝓſeliti Quintam uero
wlgaris illa interp̄tacio cuius autor non app̄et
et ob hoc ſine nomine interp̄tis quinta edicō
nūcupat̄. Preterea ſextam et ſeptimam origenes
miro labore repperit. et cū ceteris ſup̄dictis edicō
nibus cōpauit. Hij ſunt itaqꝫ qui ſcripturas ſanc
tas de hebreo in grecum uerterūt. quiqꝫ eciā nu
merant̄. Nam latinoꝝ interpretū quedā de greco
in nr̄m eloquiū tranſtulerunt. ut meminit ſanctus
aug̃. quoꝝ infinitus ē nūs. Si cui enim inquit p̄
mis fidei temporibus ad manus uenit codex grecus
atqꝫ aliq̄ntulū ſibi utriuſqꝫ lingue piciam ſenſit
auſus eſt ſtatim interp̄tari. atqꝫ inū accidit innūa
biles apud latinos extitiſſe interp̄tes. De hebreo
autē in latinū eloquiū tantūmodo Iero p̄ſbiter
triū linguaꝝ pitus eaſdē ſcripturas cōuertit elo
quent̄ ꝙ tranſfudit. cuius interp̄tacio merito cete
ris antefert̄. Nam et eſt ūboꝝ tenacior. et in ſen
tencijs ueracior. et in ūbis clarior. atqꝫ utpote a
xp̄iano interp̄te uerior. ita ſcribit̄ in pap̄. Jero.
eciā dicit in ꝓlogo in lib̄ ſalo. Si cui ſane lxx in
terp̄tum magis edicō placet habet a nob̄ oliȝ eā
emendatam. Neqꝫ enim ſic noua cudimus. ut uete
ra deſtruamus. Et tamen cū diligentiſſime legerit
ſciat magis nr̄a ſcripta intelligi que non in terciū
uas tranſfuſa coacuerint ſȝ ſtatim de p̄lo puriſſime
cōmendata teſte ſuū ſaporē ſeruauerunt. uide eciā
in hieronimus

Interſcalaris in ſcala uide

Interſcapulū. ſcapula cōponit̄ cum inť et dr̄ ȟ
interſcapulū li ſpaciū qd̄ ē inť ſcapꝉas. et cor̄ pu

Interſignū. ab inť et ſignū componit̄ ȟ inter
ſignū. ſpaciū quod eſt inter duo ſigna. uľ ſignū
qd̄ eſt inť aliquos ſicut aliquid p̄t nutu de vno
ad alium cauſā ſigni et noticie.

Interſticiū cij. i. interuallum. ſpacium inter ali
qua. Et componitur ab inter et ſto. as.

Interſtiti eſt p̄teritū de interſto. as. uide in ſto.

Interuallū. uallus componit̄ cū inter et dr̄ hoc
interuallum. li. ſpaciū inť capita ualloꝝ. i. ſtipitū
quibus uallum fit. vn̄ et cetera ſpacia quoqꝫ dn̄r
interualla. ſȝ magis ꝓp̄e interuallū dr̄ ſpaciū tempo
rum Intercapedo uero localis diſtancia ꝓp̄e appel
latur vnde ȟ interuallulū. li. dimi. et interuallo. as
ꝑ interualla dicere uel facere aliquid. uel interpo
nere. Et ſcribitur ꝑ geminum. l.

Interuentus. i. interceſſio. ab in interuenio. is.

Intula. ab intus dr̄ ȟ interula le. i. camiſia. ꝙ
intus iuxta carnem induit̄. vnde interulatus. ta
tū. i. camiſia indutus. Item ab interula uľ intus
dr̄ interulus. la. lum. i. interior. et cor̄ pnľ. Vnde
marciaľ capella Qui eciam interulos gaudēs diſ
ſoluē nexus

Inteſtabiľ exponit̄ in teſtabiľ

Inteſtatus. a. um. qui non facit teſtamentū ab
in et teſtatus.

Inteſtinus. ab intus deriuat̄
inteſtinus. a. um. i. intrīſecus. ca. cū. vnde ȟ inteſ
tinū. ni. et dn̄r inteſtina interiora. ꝙ in interiori ꝑ
te corpis cohibent̄. Que ideo longis nexibus ad
modū circuloꝝ ordinata ſunt ut ſuſceptas eſcas
paulatim egerant et ſupadditis cibis non impe
diantur. Vel inteſtinus componitur ab in et teſ
ta. et hinc bellū dr̄ inteſtinū quod ē inť teſtas. i.
muros ciuitatis. Et inteſtina interioꝝ. ꝙ quaſi
in teſta recondita ſunt.

Intronizo. ab in et tronus componitur intro
nizo as. i. in trono et ſede ponere ſeu collocare.

Intimas. ab intimus dr̄ ȟ et ȟ intimas atis. i.
interius habitans. uel ſecretarius conſiliarius cre
ditarius nr̄. qui ſcit ſecreta intima cordis uľ do
mus

Intimo. intra comparatur interior inti
mus Et ab intimus diuatur intimo as aui are.
. i. demonſtrare indicare nūciare notificare. Vel
componitur ab in et timos quod ē mens quaſi
in mentē inculcare. inmittere. ſ hug. uel compo
nitur ab in et time qd̄ ē anima ūl menſ ſ pap̄.

Intollerabiľ. ab in et tollerabilis componitur
ȟ et ȟ intolerabiľ et ȟ le. qd̄ non ualet uel de
bet tollerari. et compatur bilior ſimus. et ſcribi
tur per vnū l. corripit enim to.

Intonſus a um. i. non tonſus ab in et tonſus

Intra dr̄ ab in. et differt ab in
fra. ꝙ infra ſignat localē depꝛeſſionē uľ ſuppōnē
cui contrariū eſt ſup̄. quod ſignat localem ſupra
pōnem. ut ſol currit ſup̄ lunā. luna infra ſolem
Inť uero ſignificat localem incluſionē cui conť
nū eſt extra. qd̄ ſignat localem excluſionē. ut ci
ues hitant intra muros ciuitatis. ruſtici exť. ſtul
lus ergo dicat. ego ſum infra muros ciuitatis ni
ſi eſſet defoſſus ſub ipſis muris Inť compatur
interior intimus. vn̄ interius intime aduerbium

Interuerat. in intero interis exponitur.

Intro aduerbiū loci ſignat ad locū. et acuitur
in fine. et inde diuatur intro as aui. ūbū neutꝝ

Introeo ab intro et eo is componitur introeo
is iui introire. i. ire intro. intrare. vnde hic introi
tus tus. ꝓnľ cor̄ quia itū corripit pmam.

Intromitto. ab intro et mitto tis. cōponitur
intromitto tis et ē intromittere idē qd̄ inmittere
Itē intromittere ē qd̄ uulgo dr̄ infra mittere q̄ſi
in rem ſe mittere ut de ea curet et tractet.

Introrſus. ab intro dicitur in
trorſus. a um. i. intrinſecus. ſed frequencius

Introneus. ab intro dr̄ introneus a ū. i. inferior
et ꝓp̄e qui quadā importunitate ſe ingerit intus
introrſum inuenitur in ui aduerbij.

Intus et intro dn̄r ab intra. et differunt. quia
intro ſignificat ad locū. intus ſignificat in loco.
uel de loco. ut intro uado. intus ſum. intus exeo
Xu Intro foras ad ſignat foris intus in et de.
Et componitur. abintus. et deintus. Et ſcias ꝙ
compoſita ab intus acuūt pnľ cū ſit longa ſicut
ꝓbaui in ſecunda pte. ubi egi de impedimentis
accentus. in c. de impedimentis diſtinccionis.

Inuado dis inuaſi. exponitur in uado uadis.

Inualeo les. ab in et ualeo les cōponitur. et
eſt inualere ualde ualere. creſcere. abundare. Vn̄
de iacob dr̄. Inualuit conť angelū. vn̄ inualeſco

Inualitudinarius. i. languens cis. inchoatiū
ſine ualitudine ſ pap̄. ex in et ualitudinarius

Inualitudo inis. fe ge. debilitas. in coponit̄ .
becillitas. infirmitas. et dr̄ ab inualidus. et ꝓd̄ tu

Inubero as. exponitur in ubero uberas.

Inuectiua. ab inueho is. et inuehor inueheris
in deponenti gn̄e. diuatur inuectiuus a um. i. de

tinctorius.maugnus.et hec inuectiua ui.et hec inuec
tiua ue.ipa inuectio.detractio.uituparacō.Et qui
dam liber ciceronis dictus eſt inuectiue tiuaꝝ ꝓp
ter inuectiuas ibi in catelinam factas.

Inuenio.ex in et uenio is componitꝰ inuenio
is.i.uenire in id quod cupimus.uł q̄rimus.Inue
nimus queſita.Repimus ultro occurrencia.et cō
ponitꝰ adinuenio.nis.ualde uł iuxta uł ad utili
tatem uł ad dampnū alicuius inuenire.Et corri
pit ue in preſenti.ſed in preterito producit.

Inueſtigo gas.pō ſti.et exponitꝰ ſ ueſtigo as

Inuicem dz proferri ſub vno accentu.ut deſig
netur poni ꝓ una pte.uł ꝓ vno aduibio quali
tatis.ſm enim ueritatē inuicē ſunt due ptes.po
ſite ꝓ vna.ſine compoſicōne.Et pt dici quedam
irregularis uocū congeries.Et cor̄ ui.De hoc ſup
dixi in ſecūda pte.ubi egi de cōpoſita figura no

Inuidencia.i.inuidia.ab inuidens (minis.g.
tis inuidenti addita.a.Et dicit aug̃.Non eſſet in
uidencia ſi eſſet concors differencia.

Inuideo.ab in et uideo.des.componitꝰ inuideo
des.ut inuideo tibi.i.nō uideo tibi.i.non fero ui
dere te bn̄ agentē.Et eſt neutꝝ.ſꝫ inuenitꝰ in paſ
ſiuo in ꝑma ꝑſona.Et eciam ipſe ps.dicit illud
eſſe actiū.ſꝫ hoc ideo fit.qꝛ qn̄qꝫ exigit actiū.qꝛ
ūbum qđ exigit actiū in eo intelligitꝰ.ut inuide
o hoc te facere.i.ꝑ inuidiā prohibeo.et inuideo
tibi amiciciam regis.i.per inuidiā ſubtraho tibi
amiciciam regis Et qn̄qꝫ exigit actiū ſignītē cāꝫ
rei ūbi.ut inuideo tibi ſapienciā.i.ꝓpter ſapiām
Hic poteſt queri.An ille qui inuidet ꝓximo ſuo
et inde dolet ſit in ſtatu ſalutis.Hanc q̄ſtionem
tangit bernħ.in xlix ſermone cant.et determinat
ſic.Quomō ais ego proficere poſſum qui fratri
ꝓficienti inuideo.Et rn̄det.ſi doles qꝫ inuides.ſen
tis ſed non conſentis.paſſio eſt qn̄qꝫ ſananda.nō
actio condempnanda.tm̄ ne illuc reſideas iniqui
tatem medicans in cubili tuo.qualiter uidelicet
foueas morbū.ſatiſfacias peſti.ꝑſequaris inſon
tem.bene ab illo geſta calumpniando.deprimen
do.pūtendo.atqꝫ impediendo gerenda.Alioqn̄ nō
nocet ambulanti et extendenti ſe ad meliora.qꝛ
iam ipſe non opatur.ſꝫ qꝫ habitat in eo peccatū
Non ē dampnacō illi qꝫ non dat membꝰ ſua iniq
tati.non linguā ad detrahendū.non quitqꝫ reliq
corpis ad ledendū nocendū ue aliquo mō.mag
autē confunditꝰ ſic ſe eſſe male affectū et molitū
ex longinquo uiciū cōfitendo.flendo.orando cona
tur expellē.et cū nō ꝑualet inrectior in̄ ad oēs
atqꝫ apud ſe humilior inuenitꝰ.uide eciā in liuor

Inuidia.in inuidus eſt.uide eciam in liuor

Inuidus.ab inuideo dz inuidus a ū.qui inui
det.et hec inuidia.die.et ē inuidia odiū aliene feli
citatis.uł inuidia ē ex aliena felicitate in animo
cuiuſcumqꝫ innata triſticia.vnde inuidioſus.a.ū
cui inuidetꝰ.et raro q̄ inuidet.Xu.Inuidioſus ego
non inuidus eſſe laboro.Et ut dic̄ orac̄.Inuidia
ſiculi non inuenere tiranni.Tormentū maius.ps
dicit inuidus qui habet inuidiam

Inuiolatus intactus uł integer ſm papiam.

Inuiſo.ex in et uiſo.ſis.cōponitꝰ inuiſo.is.ſi.
ſum.ſere.intus inuiſere uolens uxorem ſuam

Inuitus.ab in et uita cōponitꝰ inuitus.ta.tū
.i.non uolens.q̄i contra uitam.i.uoluntatem.

Inuius.a.ū.i.non patens uie.ubi non eſt uia
extra uiam.et componitur ab in et uia.

Inundo.as.aui.atū.are.i.abundare.replē ſtag
nare.Si inuenia tꝰ cū accō.ſenſus eſt.inundare.i.
facere inundare.Et componitꝰ ab in et vndo.das
vnde inundatus.ta.tū.pnł prod.vnde in ſecūda
epła pet ij c.Mundus inundatus perijt.

Inuolo.a uola quod eſt media ps manus uł
pedis.et in componitꝰ inuolo.as aui.are.i.fura
ri.uł in uola continere uł ponē.uł in uolā ſmit
tere.Item pt componi ab in et uolo.as.ſꝫ in ali
o ſenſu.intus uł ualde uolare.Et corripit uo.

Inuolucrum.ab inuoluo.uis.dz hoc inuolucrꝫ
cri.inuolucō cuiuſlibet rei.quod cū fit in noſtris
dictis aliud inuoluitꝰ q̄ꝫ dici uideatꝰ.ſm huguc̄.
Pap uero dicit.Inuolucꝝ abſconſum occultū dic
tū qꝫ in ſe hēat aliquid inuolutū.In xxvij ezech
dicitur.Inuolucris iacinctis.

Inuoluulus.li.m.ge.pnł corꝛ.ē quedā beſtia
que ut homines facilius decipiat inuoluit ſe aliā
re.Et dicitur ab inuoluo.uis.

Ioab indeclinabile acuitur in fine.et interp
tatur ſpirans uł domini robur.

Ioas interp̄tatꝰ ubi eſt incenſꝫ dn̄i.ꝓpa ethy
mologia ē noīs.iſte ē q̄ ſimulachra combuſſit.

Ionathan interp̄tatꝰ ꝑfcūs.pulchra ethymolo
gia nominis.fecit enim rectū in conſpectu domi.
et edificauit portam domini excelſam.

Iob interp̄tatur dolens ꝓpter ꝑuſſionē carnis
et paſſionem dolorum.Calamitates enim ſuas
nominis ethymologia preſignauit.

Iocoſta.te.cōmunis gn̄is.qui uł que iocis ſem
per intendit uel paratus eſt.

Iocor.a iocus dz iocor.aris.atus ſum.vn̄ uer
balia hic iocator.hec iocatrix.et iocarius.ria.rium
Et cōponitꝰ adiocor aris.cōiocor aris.et cor̄.io

Iocoſus.a iocus dz iocoſus.a.ū.uſus iocis ple
nus iocis.Et compatꝰ.ſior.ſimus.vn̄ iocoſe.ſius.
ſime.aduibium.Et hec iocoſitas.tatis.

Ioculus.li.dimi.pūus iocus.a quo ioculor.a
ris.et ioculatorius.ria.riū.et hic et hec ioculiaris.et
hoc.re.et ioculiarius.ria rium.Et corripit cu.

Iocundus.a.iocus dz iocundus.da dum.letus
hylaris.qꝛ ſit ſemꝑ iocis aptus.et hylaritate fre
quencior.Et compatur iocundior.ſimus.vnde
iocunde.dius.ſime.aduerbium.

Iocus.ci.maſ.ſꝫ in pł̄i maſ.et neu.hij ioci.et
hec ioca.Et eſt iocus proprie in uerbis.

Iohannes interp̄tatꝰ grā dn̄i.Io dn̄s.āna grā
Inde iohannes.q̄i iohanna.qꝛ ſit limes ꝓphete.
ꝑnuncius grē.ſiue iniciū baptiſmi ꝑ quod gracia
miniſtratꝰ.Et ſcias qꝫ iohannes baptiſta mul
tipliciter nūcupatꝰ.dꝛ enim ꝓpheta amicus ſpon
ſi.lucerna.angelus.uox.helyas.baptiſta ſaluato
ris.ꝑco iudicis.ꝑcurſor regis.In ꝓpheta deſigna
tur ꝑrogatiua cognicōnis.In amico ſponſi prero
gatiua dilcōnis.In lucerna ardenti ꝑrogatiā ſanc
titatis.In angelo ꝑrogatiua uirginitatis.In uoce.
ꝑrogatiua humilitatis.In helya ꝑrogatiua feruo
ris.Baptiſta ꝑrogatiua mirabił honoris.In ꝑco
ne ꝑrogatiua ꝑdicacōnis In ꝑcurſore ꝑrogatiua
ꝑparacōnis Silr Iohannes euangeliſta quodam
uaticinio ex merito nomen accepit.interp̄tatꝰ enī
dn̄i grā.uł in quo ē grā.uł cui donatū eſt.uł a
quo donatū eſt.Et ꝑ hec intelligimꝰ quatuor ꝑui
legia que fuerunt in btō iohanne.Primū eſt ꝑa
pua xpi dilcō.xpūs enim ceteris apłis magis eū
dilexit.et maiora ſigna dilcōnis et familiaritatis

ei oſtendit. vnde ob p̄cipui amoris grām ſuper
pectus dñi recubuit. Et inde dr̄ domini grā. qȷ do
mino gratioſus. Secūdum eſt carnis incorrupcō. q̄r
ūgo a domino eſt electꝰ. et inde dr̄ in quo eſt ḡ
cia. In ipſo enim fuit grā pudicicie ūginal̄. Terci
um eſt ſecretoꝝ reuelacō. Et iñ dr̄ cui donatū eſt.
Eidem ſane donatū ē multa ſecreta et profunda
noſſe. ſicut de diuinitate ūbi. et conſummacōe ſe
culi. et de vnitate ſubali. et de trinitate perſonali
Vnde ipſe dicit tres ſunt qui teſtimoniū dant in
celo. pater. ūbum et ſpūs ſanctus. et hij tres unū
ſunt. Quartū eſt matris dei recōmendacō. Et inde
dr̄ Cui donacō a dño facta eſt. Maxima enim a
dño tūc eidem donacō facta eſt qñ mater dei in
in eius cuſtodia tradita eſt. uide in honoro. Item
in marcus hēs de iohanne et alijs euangeliſtis.
¶ Hic nota q̄ Ioachim ex galilea et ciuitate na
zareth ſanctam annā ex bethleem duxit uxorē
Ambo enī iuſti erant et ſine rephenſione. In oī
bus mandatis dñi incedebant. Omnē q̄ ſubam
ſuā trifarie diuidebant. vnā ptem templo et tem
pli ſeruitoribus impendebant. Aliā peregnis et
paupibus erogabant. Terciā ſibi et familie ſue u
ſibus reſeruabant. Anna enim hūit ſororem no
mine yſmeriam. que yſmeria genuit elizabeth et
eliud. Elizabeth autē genuit iohannem baptiſtā
p̄curſorem dñi. De eliud natus eſt eminē De emi
nē natus eſt ſanctus ſeruacius. Anna autem tres
uiros habuiſſe dr̄. ſcꝫ ioachym ut dixi cleophā
et ſalome. De pmo autē uiro. ſcꝫ Ioachym vnā
filiam ſcꝫ mariā matrem dñi genuit. quā Ioſeph
de domo dauid nuptui tradidit que xp̄m dnm̄
genuit. Mortuo Ioachim accepit cleopham fra
trem ioſeph. Et genuit ex eo aliam filiam quam
ſimiliter mariam nominauit. et alpheo poſtmo
dū in cōiugem ſociauit. h̄ autē maria ex alpheo
uiro ſuo quatuor filios genuit. ſcꝫ iacobū mino
rem. minorem dico uocacōne. ſicut dixi in iaco
bus. Ioſeph iuſtū. qui et barſabas dcūs eſt. Et ſy
monem et iudam Mortuo ſecūdo uiro anne ter
cium anna accepit nomine ſalome. ex quo aliā
filiā genuit quā ruſſus mariā uocauit et zebedeo
in cōiugem tradidit. Hec autē maria ex zebedeo
uiro ſuo duos filios genuit. ſcꝫ Iacobū maiorem
et iohānem euangeliſtam. Predcā patent in hijs
ūſibus. Anna ſolet dici tres concepiſſe marias. q̄s
genuere uiri Ioachym cleophas ſalome q̄. Has
duxere uiri Ioſeph alpheus zebedeus. Prima pit
xpm̄ iacobū q̄ ſecunda minorem. Et ioſeph iuſ
tum pepit cū ſymone iudam. Tercia maiorē ia
cobū uolucrem q̄ iohannē Ex predictis liquet q̄
xpūs et iohannes baptiſta fuerūt filij duaꝝ con
ſobrinaꝝ. Sed xpūs et Iohannes euangeliſta fu
erunt filij duaꝝ ſoroꝝ. Quare autē petrus p̄ferat̄
eccleſie et non Iohannes dixi in apoſtolus.
Ionas uł iona interp̄tat̄ columba uel dolens
columba ꝓ gemitu qñ in uentre cete triduo fu
it Dolens ꝓpter triſticiā quam de ſalute habuit
niniuitarum. uł ꝓpter ederam ſubito areſcentem
cuius vmbra tegebat̄ contra ſolis ardorem. Ipſe
eſt amathi ſeraptine uidue filius quē reſuſcitauit
elyas matre poſtmodū ad eum dicente. Nūc cog
noui quia uir dei es tu. et ūbum dñi in ore tuo
eſt ueritas. Et ideo ipſum pueꝝ amathi dictū pu
tant. Amathin ex hebreo in latina lingua ūitas
dr̄. Et quia elyas ueꝝ locutus eſt ille qui reſuſci

tatus eſt dictus eſt filius ueritatis.
Ionathan interpretatur columbe domini
Ionicus dr̄ quidam pes ab inuentore ꝓpt̄ nu
meroꝝ uł ſillbaꝝ inequalē ſonū Ionos. n. grece
inequale dr̄. Habet enim quatuor ſillabas. duas
bꝛues et duas longas. Et ē ionicus duplex ſcilicꝫ
maior et minor. uł a maiori uł a minori. Iōicus
maior uł a maiori conſtat ex duabus longis p̄
cedentibus et duabus bꝛuibus ſequentibus. ut acer
rimus. Ionicus minor uł a minori conſtat ex pri
mis duabus bꝛuibus et duabus ſeqūtibus longis
ut gamabas. Xo. Longat pmores et curtat poſte
riores. Pes ionicus maior obuius huic q̄ minor
Item ionica eſt vna ex linguis grecorum.
Ioppe. pes. pen. pe oppidum paleſtine maritimū
et acuitur in fine. Vnde ioppita. te.
Iordanis. nis. mas. ge. iudee fluuius. a duobꝫ
fontibus nominat̄. quoꝝ vnus Ior. et alter dan
dr̄. Hij copulati iordanē faciūt. Naſcit̄ q̄ ſub liba
no monte. et diuidit iudeā et arabiā. q̄ poſt mł
tos circuitus iuxta iherico in mare mortuū fluit
Et interpretatur iordanis. riuus iudicij.
Ios. i. fluuius
Ioſaphat interpretatur domini iudicium
Ioſeph. quia mater alium ſibi addi optauerāt
notauit augmentū. Hūc pharao ſaphanet appel
lauit quod hebꝛice abſconditoꝝ reptor ſonat. q̄r
obſcura ſompnia reuelauit. et p̄dixit ſterilitatem
Interpretat̄ enī ſaphanet egipcō ſmone ſaluator
mūdi. q̄r orbē t̄re ab iminēte famis liberauit excidio
Ioſue interp̄tat̄ ſaluator Ipſe enim figura xp̄i
pp̄lm a deſerto ſaluauit. et in terram repromiſſio
nis induxit. Et dcūs ē ioſue bennum uł benthele
on. i. filius num. Item dcūs eſt iheſus filius uane
Vñ dic̄ hiero. in ꝓlogo reḡ. Et incipiūt a iheſu
filio uane qui aput eos ioſue bennum dicitur
Iota ꝓpe dr̄ hec lr̄ā I. aput grecos. et ē minor
ceteris lr̄is. quia uno ductu fit ſm aug̃. Sed qñ
ponit̄ ſimplr̄ ꝓ qualibet lr̄ā. Vnde in math. Io
ta vnum aut vnus apex non preteribit a lege.
Iotaciſmus. a iota et ciſmos corruptela. cōpo
nit̄ iotaciſmus. et eſt iotaciſmus ubi plurimum
diſſonat I. ut ſi dicam. Iuno iouis iuri iraſcitur
vel iotaciſmus eſt cū uborꝫ coniūccio in huiuſ
modi I. lr̄ē aſſiduitate collidit̄. ut in exemplo p̄
dcō patet. Vel ſm hug̃. Iotaciſmus a iota et eſt
iotaciſmus ſm eum uocaliū lr̄aꝝ exil̄ ꝓnūciacō
uł qñ in iota lr̄ā eſt duplicatus ſonus. ſcꝫ quādo
ꝓ vno iota ꝓnūciant̄ duo uł econūſo. Vnde qñ
vnum exilius duo ſpiſſius ſonant. Nam vnum
ſpiſſius duo exilius proferri debent.
Iouenſiles. i. dij ad nūcia ꝓferenda deputati.
qȷ ioui. i. creatori ſaltatores. Et componit̄ a ioue
et ſalio. Et cor̄ ſi. Et declinat̄ Hij et hee iouenſi
les. Mar. capella. Limphe dij q̄ iouenſiles. vel
ſm aliam litteram nouenſiles.
Iouis. iupiter dr̄ qȷ iuuans pater. et cōponit̄
a iuuo uł iuuans et pater. Et ꝓd̄ pmā pone. vñ
ouid̄ epy. Iupiter eſſe piū ſtatuit q̄dcūq̄ iuuaret
Et inuenit̄ in nr̄ō iupiter uł iouis. ut dicit pſci.
tamen moderni utunt̄ tm̄ hoc nr̄ō iupiter. Hug̃
autē ſic dicit. A iuuo. as. dr̄ h̄ iouis. huius iouis
et h̄ iupiter tris. uł iupiteris. Antiquitus enī ita
declinabant̄ iſta nomina. ſ poſtea obliqui iſtius
nominis iupiter et iſte nr̄ūs iouis abſoluti ſunt.
vnde poſtea ex obliq̄s iſtius nr̄ī iouis. et ex iſto

nomine iupiter facta eſt quedam cõmixtio. et re
dacta ſunt q̃i in vnũ nomen. ſcʒ h iupiter huius
iouis. Et eſt compoſitũ a iuuans et pater. uel a
iuris et pater. q̃i iuris pater. q᷑ legem tam poſiti
uam q̃ʒ naturalem omnibus hominibʒ ut fertur
dedit. Et a iouis h et h iouialꝭ et h le uide in iu
Iouoninus in ianuarius exponitur. ( piter
Ipalage eſt conũſio caſuũ. ulꝭ conſtruccõis. ulꝭ
q̃nq̃ʒ tocius ſentencie. Et dr̃ ab ipos qḋ eſt
trans et alage qḋ eſt mutacõ. iñ ipalage. i. tranſ
mutacõ. de hoc dixi ſup̃ in quarta parte ubi egi
Ipapanti. ipa grece latine dicitꝭ ( de antipoſi
tre. anti contra. Inde dr̃ h ipapanti indeclinabile
. i. obuiacõ ulꝭ occurſus. vñ repñtacõ dñi in tem
plo ſcʒ feſtũ purificacõnis. btẽ uirginis dr̃ ipap̃ti
q᷑ tunc ſymeon xp̃o occurrit et obuiauit. et in
ulnis ſuis accepit eũ. et in templo repñtauit. ẜ
hug. Pap̃ et dicit Ipap̃ti grece obuiacõ dr̃. ſymeo
nis ſcʒ et anne et ceteꝝ. et ſcribitꝭ p̱ a in anpenꝭ
Ipaten dñr greci iecur. vñ ypaticus. ca ( ſilla
cũ. qui patitur in iecore. uel pertinens ad iecur.
Ipaticus in ipaten exponitur.
Iper. i. ſuper.
Iperapiſtes grece idem quod protector lr̃e. Jero
in plogo geñ. cũ ariſtes eiuſdẽ prolomei ipapiſ
Iperbaton quidam tropus eſt de q̃ dcm̃ ( tes
ẽ in iiij p̱te in c. de tropis. Et acuitur in fine
Iperbole qdã tropus ẽ de q̃ ĩ iiij p̱te c ḋ tropis
Iperbolicus. ca. cum. i. excedens ueritatem. ela
tus. Et dicitꝭ ab iperbole. et corripit penultimam.
Iperboreus. iper componitꝭ cũ boreas. et dicitꝭ
iperboreus. rea. reum. ſup̱ quos boreas flat. Vnde
et quidã montes dñr iperborei ſup̱ quos et a q̃bʒ
boreas flat. qui et yperbarri hac dicuntur.
Ipercatalicus in cataleticus exponitur.
Iperdulia exponitur in dulia.
Iperfanus. iper componitꝭ cum fanos. ulꝭ faſma
quod eſt apparicio. et dr̃ iperfanus a um. i. ſup̱bus
vnde h iperfania. nie. i. ſup̱bia. ſcilicet cũ aliquis
vult apparere ſuper id quod eſt.
Iperion. iper componitꝭ cũ on qḋ eſt totũ ulꝭ
omne. et dr̃ h iperion onis. i. ſup̱ omnia qḋ q̃nʒ
dr̃ de ioue q̃nq̃ʒ de ſole. qui ſuper faciem tocius
terre in circuitu fertꝭ. Quandoq̃ʒ de quodaʒ gigan
te qui ſuper omnes alios fuit.
Iperlidius. iper componitꝭ cũ lidius quod dr̃
acutus ſonus in muſica et dr̃ h iperlidius idem
quod lidius. ſcilicet acutus ſonus in muſica.
Iperſintelicon. Iper componitꝭ cum ſintelicõ qḋ
eſt p̱fectũ. et dr̃ iperſintelicon. i. plus q̃ p̱fectũ qḋ
p̱teritum apud grecos ſignificat rem multo ante
Iperſophra. ip̱ cõponitꝭ cũ ſophia qḋ ( p̱teritã
ẽ ſapia. et dr̃ h iperſophia. i. ſupergrediens ſapia.
Iphen ulꝭ uphen componitꝭ ab ipos et ens. et
interp̱tatur copulacõ. Eſt enim iphen. ulꝭ uphen
modus p̱nũciandi qui conſiſtit in continua p̱la
cõne dccõnum ſine ulla diſtinccõne. ut h populus
genciũ et cetera. Et dr̃ ſic. q᷑ una dcõ ſub. j. poſt
aliam ſine diſtinccõne copulatim profertur
Ipocentaurus. ypos quod eſt equus cõponitꝭ
cũ centaurus et dr̃ h ipocentaurus. idem qḋ cen
taurus ſcʒ monſtrum ex p̱te homo et ex parte
equus. ſicut onocentaurus monſtꝝ ex p̱te aſinus
et ex parte homo. Nam onos aſinus dr̃. uide in
Ipocrita cõmunis gñis dr̃ fictor ( centhaurus
ſimulator. et repñtator alterius p̱ſone. ſimulat

enim ſe eſſe id quod non eſt. Et dr̃ ipocrita q̃ſi yp
chrita. ab iper quod eſt ſup̱ et criſis qḋ eſt auꝝ
q̃i ſuperauratus. q᷑ in ſup̱ficie et exterius uidetur
bonus cũ interius ſit malus. Vel dr̃ ſic ipocrita
ab ypos quod eſt ſub et criſis quod eſt auꝝ. q̃ſi
habens aliud ſub auro. Habet enim auꝝ in ſup̱
ficie. ẜ ſubtus habet aliud ſcʒ lutũ. Vel cõponitꝭ
ab ipo quod eſt falſum. et chriſis qḋ eſt iudiciũ.
quia dum intus malus ſit. bonum ſe palam oñ
dit. Et ideo de eo habetꝭ falſum iudiciũ. dũ falſo
vultu incedit et ſimulat quod non eſt. Nam ipo
crita dici non poteſt exquo foras exierit. et iñ h
ipocriſis ſimulacõ. et cor̃ cri. uide in ſacerdos. et in
Ipodyaconus uel ypodyacon in ſub ( ſtrucio
diaconus exponitur.
Ipodromus. ab ipos qḋ eſt equus et dromos
quod eſt curuitas componitꝭ h ipodromus. mi.
. i. ſtabulũ equoꝝ. ulꝭ tormentũ factũ ad modꝭ ulꝭ
ſimilitudinem equi. ulꝭ ipodromus dr̃ locus ob
ſcurus. ulꝭ domus declinandi ad neceſſitatẽ. ulꝭ lo
cus ſup̱ ulꝭ citra quem ſunt arcus deambulatorij
ſup̱ quos homines ambulant. et ẜ h ipodromus
componitꝭ ab ipos quod eſt ſub et dromos qḋ
eſt curuitas. ulꝭ ab iper quod eſt ſup̱. et dromos
quod eſt curſus. q᷑ deſup̱ homines currant et am
bulent. Vnde in legenda bñ ſebaſtiani dr̃. Tunc
iuſſit eum in ipodromo pallacij tam diu fuſtiga
ri q̃diu ſpm̃ exalaret Et cor̃ dro. ſicut patʒ in h
uſu. Ipodromi q᷑ decus par ſit locus hijs duode
nus. uide in dromos et epidromus.
Iipoforo exponitꝭ in quarta parte in capitulo
de coloribus rethoricis.
Ipogibus. bi. maſculꝭ gñis. i. nauis in qua eq̃
deferuntur. Et dicitur ab ypos quod eſt equus.
Ipogeum. ypos quod eſt ſub componitꝭ cũ ge
quod eſt terra. et dr̃ h ypogeum. i. ſub terris cõ
ſtructũ edificiũ. quod nos antrum ulꝭ ſpeluncam
dicimus. Sed h ipogeus. mas. ge. dr̃ ſol qui ſub
terris uadit in nocte. Vel ipogeus dr̃ ab iper qḋ
eſt ſup̱ et ge quod eſt terra. quia ſuper terrã in
die feratur. In aurora dr̃. vulpibʒ ipogeis aſſociã
Ipolidius grauis ſonus in muſica dus abis.
qui ſublidius dicitur. ab ipos et lidius.
Ipomanes. manis. mas. ge. q̃i uelox ad modũ
equi. vnde p̱pter ſuam uelocitatẽ dr̃ ſup̱aſſe ath
lantem curſu. ẜ h ipomanes indeclinabile et neu
ge. eſt quedam herba que ſe cõmedentes facit fu
rere. ulꝭ pocius ypomanes ẽ uirus quod diſtillat
ab inguine eque ex nimia luxuria. dũ amoris ra
bie fertur. vnde et dr̃ ab ipos quod ẽ equus. et
mano as. q᷑ ab inguine eque diſtillet. h nouerce
et malefice. ſolent colligere. Et pocionem mor
tiferam inde facere. quod uenenũ ſimiliter dicitꝭ
ipomanes. Et producit ma.
Ipopirgiũ. gij. componitꝭ a pir et ipos qḋ eſt
ſub et gero. et dr̃ h ipopirgiũ. ſcʒ illud ferreum ĩ
ſtrumentũ qḋ retinet et ſuſtinet ligna in igne. ſic
dictum quaſi ſubtus ignem gerens
Ipos. i. ſub. Item ipos. i. equus.
Ipoſtaſis. componitꝭ ab ipos quod eſt ſub et
ſtaſis quod eſt ſtatus ulꝭ ſtans. et dr̃ h ypoſtaſis
ſcʒ ſuba intellcã ſine forma. ſcʒ p̱mordialꝭ mate
ria. Et dr̃ ſic quaſi ſubſtans. q᷑ habet ſubſtare õi
bus accñtibus. et omnia accñcia in ſe recipit. nul
lo tamen transformatur. ẜm hug. vnde ipoſtati
cus ca cũ ( Item ſcias q̃ greci utuntꝭ eodem mõ

h nomine ipostasis. sicut nos utimur h nomine
psona. Vnde potest dici q tres sunt psone in di
uinis. ul' tres ypostases .i. tres subsistentes. Et fa
cit genitiuo pluralis ypostasum. Et corripit pnl'
uide in proprietas. et in persona.
Ipotamus. ab ipos quod est equus dr h ypo
tamus mi .i. equus fluuialis scz quidam piscis sic
dcūs. quia sit equo simil' dorso. iuba. hinnitu. rost
ro resupinato a primis dentibus. cauda tortuo
sa. vngulis binis. die in aquis cōmoratur. nocte ⁅segites depascit⁆
Ipotheca. ab ypos qd est sub
et theca qd ē repositoriū compōnit h ypotheca
ce. cū res cōmodat' sine depōne pignoris. pacto
ul' caucōne sola interueniente. Et differt a pigno
re. q pignus est quod ꝓpter rem creditā obliga
tur. Itē fiducia differt ab utroqꝫ. est enim fiducia
cū res aliqua sumende mutue pecunie gracia ul'
mancipat' ul' in iure credit'. Item ypotheca dicit'
idem qd apotheca. vnde ypothecarius. ria. rium
qd ad ypothecam ptinet. et hic ipothecarius rij
.i. apothecarius. ul' q rem noīe ipothece accipit
Ipotesis dr causa ubi cū certa psona controū
sia est. Et ypotesis est subia et disputacō et condi
cio ul' suppō ul' consensus. vnde ypoteticus. ca cū
.i. condicōnalis. ul' suppositiuus. Et dr ab ypos.
qd est sub et thesis quod est posicio vn̄ ypotesis
Iposensis exponitur in iiij parte ⁅.i. suppō⁆
in capitulo de scemate. et ibi uide.
Ipse ipsa ipsum pt iūgi cū pma secūda et ter
cia psona. ut ipse lego. ipse legis. ipse legit. Sed
cum pma et secūda figurate. cū tcia sine figura.
Et est p de secūda silla. Et ut dicit psc. in xij lib.
de ꝓnominibus. Illud attendendū. q cū ille illud
iste istud. is id. faciūt neutra Ipse solum quod et
ipsius inuenit' a uetustissimis ꝓlatū. neutrū in us
desinens fecit. Terenc in andria. Ipsus m̄ dauus
qui intimus est eoꝝ consilijs. Ipsa enim que qui
busdam uisa est racō. non adeo firma uidet'. Ideo
in um facit neutrū. q in us desinit masculinū. nā
alius cū in us tminet' aliud tamen neutrū fecit.
Ir ge. neu. et indeclinabl' .i. palma manus. Vn̄
Si uis ur mnam na dabit' tibi nam tis in
Ira. ab ur quod est ignis dr h ira. e ir mna
qi ura. quia accendit et inflāmat. vnde irascor ce
ris iratus sum. et hinc iracūdus da dū facile iras
cens. q accenso sanguine in furorem compellitur
Et compatur. vnde h iracundia die. Et ē ira pns
cōmocō animi Et ex causa nascit'. Iracundia est
uiciū naturale et ꝑpetuū. Et sic iratus pro tēpe
concitatus. iracundus frequenter iratus et leuit'
Item ab irascor h et h irascibil' et h le. Et ut di
cit hiero. Irasci hominis est. s iram non pficere
xpiani. Et scias q est ira p uicium et ira p zelū
Et ut dicit gg. in v. moral'. Ira p uiciū oculū m̄
tis excecat. Ira autē p zelum turbat. Vn̄ ps Tur
batus est p ira oculus meus. Nunq uero cōmo
cōni contēplatio iūgitur nec pualet mens contur
bata conspicē ad qd vix tranquilla ualet inhiare
quia nec solis radius cernit'. cū cōmote nubes ce
li faciē obducunt. Nec turbatus fons respicientis
ymaginem reddit quā tranquillus ꝓpe ondit. q q̄
eius vnda palpitat eo in se spēm similitudinis ob
scurat. Sed cū p zelum animus mouet'. curandū
summo ope est. ne h eadem que instrumento u
tutis assumit' menti ira dominet'. nec qi domina
pseat. s uelut ancilla ad obsequiū pata a racōis
tergo nunq recedat. Tūc enim robustius contra
uicia erigit'. cum subdita racōni famulat'. Nam
qntūlibet ira ex zelo rectitudinis surgat si immo
derata mente uicerit racōni ꝓtinus seruire cōtēp
nit. et tanto se impudencius dilatat. quanto im
paciencie uicium virtutem putat.
Iracundia in ira exponitur.
Iricius exponitur in ericius.
Irinacius. In ericius uide
Iris. ab aē dr h iris ri' uel irid. arcus celestis
qi aeris eo q ab aere ondit ad terrā. vel eris gc
ce latine dr lis. Inde h iris. ris. ul' iridis .i. arcus
celestis. Sed arcus ꝓpe est uia ipsius dee. Et iris
ipsa dea. Et dr iris qi eris q raro mittit' nisi ad
litem et discordiam concitandā. et est nūcia et pe
dissequa iunonis. ⁅Et nota q iris nichil aliud ē
q nubes soli opposita. radijs sol' multipliciter in
formata Ea enim est natura luminosi corpis ut
semp in oppositam ptem radios dirigat. Sol er
go cū sit luminosum corpus radios suos mittit
in ptem oppositā. in q quandoqꝫ nubem inuenit q
in vna sui parte densa. in alia densior. in alia den
sissima est. Item in alia sui parte est rara. in alia
rarior. in alia rarissima. In illa que est densa so
lares radij qi in uitro inclusi rubeū colorem faci
unt. In densiori ceruleū. In densissima nigꝝ. Itez
in rara faciūt viridem. In rariore croceū. In raris
sima album. Et ita sm maiorem densitatē illius
nubis. magis accedit ad colores nigredini affines
sm maiorem raritatem. magis accedit ad colořs
albedini affines. Preterea nubes illa quoddam
corpus est compositū ex quatuor elementis et a
quosum. que solis radijs accensa. a quatuor ele
mentis quadripartitū contrahit colorem Contrahit
ab igne rubeū. ab aere ceruleū siue lucidum ul'
purpureū. ab aqua uirideꝫ. a terra nigꝝ. hic ē q si
uidet' iris in māe uidet' in occidēte si in uespē ui
det' in oriēte. si in meridie uidet' in septētrione In
meridie nunq uideri potest. cū sol in opposita p
te nunq possit esse. Et hinc ꝓpter uarietatē colo
rum iris dr qdam gemma et eciam qdam herba
quia eius flos coloris uarietate celestem arcum
ymitet'. Ita dicit hug. Et scias q iris est signum
federis int' deū et hominē. sicut dixit dns noe. ge
nesis ix c. Ponam inquit arcū meū in nubibus
celi. et erit signū federis int' me et int' terram. q
enim maxime timebat noe ne dns iterum aquas
diluuij mundaret super trām et noe cottidie ora
bat ne hoc fieret. ut iosephus refert. pepigit do
minus fedus cum eo. q ult' non fieret diluuium
et in signū federis huius posuit deus arcum suū
in nubibus. Et est signū duoꝝ iudicioꝝ arcus scz
iudicij p aquā preteriti siue facti s iam ulterius n̄
faciendi. ne timeat'. et futuri p ignem ut expecte
tur. quia mūdus quidem igne iudicij cremabit'.
s aqua iam diluuij non delet'. Inde est q duos
colores pncipalit' habet. scz ceruleū qui aqueus
est et est exterior q preterijt. Et rubeū qui est ig
neus. et est interior. q futurus est ignis. sicut di
cit magister in historijs. Et gg tangit in octaua
omel' ezech. ⁅Item ut dicit' in historijs tradūt
sancti q quadraginta ānis ante iudiciū nō uide
bit' arcus. quod eciam naturalit' ondet desiccacō
nem aeris iam inceptam. Et in auro dr Vt sanc
ti tradunt annis decies quater an̄ Iudiciū fugiet
arcus et exul erit. uide in antixpo. et in etas. Et

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

uidetur iris p̄ diem. ex radio ſolis. Et p̄ noctem
ex radio lune. Item animaduͤte. q̄ ex ſole et nu
be formatᷓ iris. q̄ꝛ ex vnione diuinitatis et hūa
nitatis fit recōciliacio humāī gn̄is. cornua huius
arcus mō ſunt inclinata ad nos q̄ꝛ apꝑuit benig
nitas et humanitas ſaluatoris noſtri dei. et ideo
non timemus. ſ; in die iudicij ūtentᷓ contra nos
qn̄ ueniet in nubibus celi cum ptāte et maieſta
te magna. et ideo ualde timendū eſt q̄ꝛ horrendū
eſt incidē in manus dei uiuentis. Itez ut dicit g̃g̃
in ezech. In arcu appet aqua et ignis. quia uirtus
ſp̄us ſancti poſt mediatoris aduentū elcōs ſuos
aq̄ baptiſmatiſ lauit. et igne diui amoris incēdit ;
Innos exponitᷓ in quarta p̄te c de ſcemate.
Ironia exponitᷓ in iiij p̄te in c de tropis. et ab
ironia deriuatᷓ ironicus. ca cum. penultima corr.
Et hinc yronice aduerbium.
Irrefragabilis. ab in et refragabilis. componitᷓ
h̄ et h̄ irrefragabilis et h̄ le. i. inuincibilis cui re
ſiſti ul̄ inſtari non poteſt.
Irretio. ab in et retio tis. componitᷓ irretio tis
tiui. tire. titū. i. illaqueare. impedire. reti inuolué.
ūbum actm̄. vnde irretitus. ta. tū. penultima ꝓd̄
Irreuerens exponitᷓ in reuerens.
Irrigo. as. pnl̄ cor̄. in rigo. gas exponitur.
Irriguus. ab irrigo. as. d̄r irriguus. a. um. ma
didus. ul̄ fertil̄. ul̄ fecūdus. ul̄ ſtercoratus. vn̄ d̄r
in ſermonibꝫ. Irriguo nichil ē elucius orto. et h̄
irriguū gn̄i. Iudic̄. j. Irriguū ſupius et cetera
Irrito. a ritus componitᷓ irrito. as media ꝓd̄
i. ꝓuocare. q̄i iuxta ritū alicuius facere. vnde in
p̄s d̄r. Irritat adūſarius nomen tuū in finem
Item irrito p̄t componi a ratus. et ē irritare eua
cuare. uanū facere. debilitare. deſtrué. Et tūc corᷓ
mediā. Xv. Irritat hūc dn̄s qui nos irritat ad irā
Irritat euacuat irritat ꝓuocat iram. vn̄ h̄ irrita
men inis. et h̄ irritamentū. ti. et irritans. tis. ge. o
et irritatus. ta. tum. uanus. caſſus. nō firmus. et
irritus ꝓ irritatus p̄ ſincopā. ſm hug̃. Priſ. autē
in x lib̄ volt. q̄ irritus componatᷓ ex in et ratus
vnde dicit. Reor facit ratus pn̄cipiū. Et puto dif
ferencie cā. quia ritus aliud ſigt. ſ; in compōne a
in I corᷓ mutatᷓ. ut ratus irritus. Et nota q̄ mḡr
bn̄ loquens de irrito dicit. m̄ tn̄ uidetᷓ q̄ pnl̄ ſit
tn̄ longa. q̄ꝛ ſic ap̄ oēs autores ueteres inuenitᷓ
vnde oracᷓ. Segnius irritant animū demiſſa per
aurem. Cōmuniter tn̄ tenetᷓ. q̄ irrito poteſt me
diam corripé. et ꝓducé ſm d̄ſas ſignificacōnes
Irrogo. as. in rogo. as. eſt.
Irrugio. is in rugio. is exponitur.
Irundo. ab aer d̄r h̄ irundo dinis. quia nō reſi
dens. ſ; in aere capiens cibos edat. quaſi in aere
edens. Et hinc irundineus. nea neum. et irundini
nus. a. um. in eodem ſenſu. Irundininus eᷓ d̄r p̄
uus filius irūdīs. et ꝓd̄ pnl̄. uide eᷓ in hirūdo ī h
Is ea id ſcribitᷓ ſine h vnde in pl̄i ij et ee et
ijs. ſine h debent ſcribi. et p̄ geminū. J. Sed
hi he dn̄t aſpirari. et p̄ vnū J et p̄ vnū e ſcribi.
De hoc dixi in deus et h̄ et h̄ et h̄. Item ſcias q̄
id eſt ſunt due p̄tes. ſicut oñdi in hoc eſt. Et cō
ponitᷓ id cū demū. et d̄r idem eadem idem. Et
ſcias q̄ idem ſicut et dn̄s d̄r tripl̄r ſcꝫ idem gn̄e
idem ſpē. idem numero. Eadem gn̄e ſunt quecūꝫ
ſub eodem gn̄e continentur. ut homo et aſinus
et ſimilia ſub animali. Eadem ſpē ſunt quecūq
ſub eadeꝫ ſpecie continentᷓ ut ſortes et plato ſub
homine. Idem autē numero d̄r tripl̄r. Vno mō
d̄r idem nomine ul̄ diffinicōne. Alio mō d̄r ideꝫ
ꝓp̄o. Tercio autē mō d̄r idem accn̄te. Eadem no
mine ſunt quoꝝ res eſt vna nomina uero plura
ut marcus. tulius. cicero. Eadem diffinicōne dn̄r
quorum vnū eſt diffinicō alterius. ut animal ra
cōnale mortale et homo. Eadem ꝓp̄o ſunt quoꝝ
vnū nomen eſt ꝓp̄ium alterius. ut riſibile et hō
Eadem accidente ſunt quoꝝ vnū eſt accn̄s alteri
us. ut ſortes et albedo que in ipſo eſt. Simil̄r d̄r
dn̄s tpliciter. ſcꝫ dn̄s gn̄e. dn̄s ſpē. et dn̄s nu
mero. Differencia genē ſunt quecūq̄ ſub diuerſis
gn̄ibus continentᷓ. ut homo continetᷓ ſub h̄ gn̄e
quod eſt animal. et arbor ſub hoc genē quod ē
planta. Dn̄cia ſpē ſunt quecūq̄ ſub diūſis ſpecie
bus continentᷓ. ut quecumq̄ ſunt diūſaꝝ ſpecieꝝ
ut homo et aſinus. Dn̄cia numero ſunt quecūꝫ
faciūt numeꝝ. ut ſortes et plato. Item inuenitur
ys quod interpretatur eſt. Et eſt hebreum.
Iſaac ex riſu nomen accepit. Riſerat enim pa
ter qn̄ ꝓmiſſus eſt ei admirans in gaudio. Riſe
rat et mater. qn̄ ei ꝓmiſſus eſt dubitans in gau
dio. Vnde yſaac interpretaturᷓ riſus. ſm papiam
Iſacar interp̄tatur eſt merces. ys quippe dicitᷓ ē
acar merces. et hoc ideo. quia mandragoris filij
ruben introitū uiri qui racheli debebatur ad ſe
emerat lya. vnde et dū natus eſt dixit lya. dedit
dn̄s mercedem meam. Et corᷓ pnl̄. Vnde in aurora
d̄r. Eſt aſinus fortis yſacar recubans ꝑpe metas
Et acuitur in fine.
Iſagoga. ge. i. inſtruccō. ul̄ introduccō. vn̄ et
apud dialeticos introduccōnes ad arteꝫ dyaleticā
yſagoge dicūtᷓ. Et liber porphirij d̄r yſagoga. q̄ꝛ
introductorius ē ad librum p̄dicamentoꝝ. Hinc
yſagogus introductor lr̄āꝝ. Et yſagogo gas intro
ducere. Et producit penultimam ſiue go.
Iſobeth uir confuſionis interpretatur.
Iſcalidus. ab excolo. lis. yſcalidus. a. um. et ag̃
iſcalidus. q̄i excolidus. quia iam a cultura exient
ſicut exconſul quia a conſulatu diſceſſerit.
Iſchiros grece. latine dicitur fortis.
Iſmael interp̄tatur auditio dei. ſic enī ſcriptuꝫ
eſt Et uocabis nomen eius iſmael. quia audiuit
eum deus. Et fuit iſmael filius abrahe. a quo iſ
maelite dicti ſunt quidā qui nūc corrupto nomi
ne ſarraceni dn̄r. q̄i a ſarra. et agareni ab aggar
Et inuenitur indeclinabile et eciam declinabil̄. ut
iſmael lis. unde in ſarracenus.
Iſopus. pi herba eſt pulmonibus apta purgā
dis. Iſopus eciam d̄r ſparſoriū aque. quia in qui
buſdam locis fit ex illa herba. ul̄ d̄r ſic ꝓpter ſi
militudinē purgacōnis. et eſt fe. ge. ſm hug̃. In
uenitᷓ eciā qn̄q̄ iſopū in neutro gn̄e. Vnde macᷓ
de uiribus herbaꝝ. eſt yſopum ſiccum calidꝫ &
tercius illi. eſt in utroq̄ gr̄adus. et corᷓ pnl̄. In au
rora eciā corᷓ pnl̄. Pectoris humores yſopi decoc
cio mundat. Item alius dixit. Iſopus ē h̄ba pur
gans de pectore flegma. Alij dicūt q̄ yſopus eſt
grecum. et prod̄ pnl̄. et iſtius opinionis fuit ma
giſter bn̄. Vnde dicit. Iſopus inuenitᷓ ꝓducere et
corripē pnl̄. vnde uidetᷓ q̄ magis debebat pnl̄ ꝓ
ducere. q̄ꝛ nobiliores ita utuntᷓ. Item hibardus
ait. Pectoris h̄ba cauas rupes inſedit iſopo. Itē
alius. Ad pulmonis opus confert medicamē yſo
pus. Item Vis ſinapis cerebꝝ ſ; purgat pectus i
ſopus. et hec opinio magis michi placet.

Iſpalis eſt quedam ciuitas Iſpalim quidem ci
uitatē hiſpanie iulius ceſar condidit. quā ex ſuo
et rome uocabulo iuliāromulā appellauit. Iſpal'
autē a ſitu dcā eſt. quia in ſolo paluſtri ſuffixis
in pfundū palis locata ſit. ne lubrico et inſtabili
fundamento cedēt. Dr ergo iſpalis qi ſita in pal'
vñ hec et hic iſpalenſis. et hoc ſe. Et corripit ſpa
Iſrael maſ. ge. indeclinabile et eciꝫ declinabile
inuenit' hic iſrael. huius iſraelis. Iacob dcūs fuit
iſrael. et interprat' uir uidens deum. Is enim dr
uir. ra. uidens. el deus. Tunc enim hoc nomen acce
pit qñ tota nocte luctatus uicit angelū in certa
mine. Et oriente lucifero benedcūs eſt. Et iñ ꝓp
ter uiſionem dei iſrael appellatus eſt. ſicut et ipſe
ait. Vidi dnm̄ facie ad faciem et ſalua fcā eſt ani
ma mea. Ex hinc xij tribus iſrael uocabulū hoc
ſortite ſunt. Exodi xiiij. fugiamus iſrahelem. Ex
hinc hic et hec iſraelita. te. et iſraeliticus. ca. cū ( Et
ſolent quidam in hoc nomine iſrael ſ. tacere. qꝛ
ſ. ante r. in eadem ſill'a ſonare non poteſt in lr̄is
dcōnibus. ſꝫ errant. Non enim iſrael eſt latina dcō
ul' greca. ſꝫ barbara. et in barbaris dcōnibꝫ in ml'
tis licet barbariſare. Non enim barbaries ul' ling̃
hebrea artatur ſub regul' artis ğmatice

Iſterologia exponitur in quarta pte in caplo
Iſteromproceron exponitur in ( de tropis.
quarta parte in capitulo de tropis.

Iſtorſum ūſus iſtam ptem. ab iſto et uerſum.

Italia. lie. dcā eſt ab ytalo rege. Et ſcias qꝫ y
talia olim a grecis occupata magna grecia
dcā eſt. vnde italicus. ca. cū. et ytalus. la lū. ſed hec
magis dr ab italo rege. Et corr' pmā italia. licet
aliqñ inueniat' longa p ectaſim. ut Italiam ꝓfu
gus. ut dicit donatus.

Italus. la. lum cor' pnl'. et exponitur in italia

Itaqꝫ dcō compoſita antepnl' acuit. vñ cōiūc
cio enclitica hec non inclinat accentum ad ſe ſicut
dixi in ſecunda parte de impedimento encleſis.

Ite impatiuus eſt de eo is. Et prod' pmā. Vñ
abite. circuite. redite et huiuſmodi prod'. pnl'.

Item adūbium ſimilitudinis uel ordinis.

Iter. ab eo. is. deriuatur hic icio. onis. et hic itus
tus. et hoc iter eris. et hoc itiner itineris. Itul' eſt uia
qua iri ab homine qꝫ ūſuꝫ poteſt. Sed iter et iti
ner diūſam hñt ſignificacōnem Iter enim eſt lo
cus tñſitu facilis. vnde et eum appellamus aditū
Itiñ autē ē iter longe uie et ipe labor ābulandi
ut quo uelis puenias. Accipiunt' tamen quādoqꝫ
in eadem ſignificacōne. et ſm hoc ex iſtis nomibꝫ
iter et itiner effectū eſt vnū nomen. hoc modo. Iſte
ntūs iter eſt in uſu ſed eius obliqui non ſunt in
uſu. Item iſti obliqui itineris itineri itinere ſunt
in uſu ſꝫ eoꝝ ntūs aboluit. Et ſic factū eſt ut ex
obliquis iſtis et ex illo ntō iter efficeret' vnū no
men. et declinaret' hoc iter huius itineris. Et ab iſ
to gtō iteris qui non eſt in uſu dñdit itero. ras.
.i. ire ul' repetere. Et ſm hoc eſt actiū vnde ūba
lia. Et iteꝝ adūbium ordinis ul' temporis. Et itera
tim ſimiliter adūbiū ordinis ul' qualitatis. Et in
hac ſignificacōne inuenit' iſte abltūs iterato poſ
tus adūbialiter. Itero componit' reitero. as. i. ite
rum repetere. vñ reiteratim et reiterato poſitum

Itero as in iter exponitur ( adūbialiter

Iterum qi altera uice. quaſi item alterum ſm
papiam. uide eciam in iter.

Itidem adūbium Item adūbium ſimilitudinis
ul' ordinis. Et componit' p geminacōnem itidē
et identidem. i. item et item. iteꝝ et iteꝝ ul' ſimil'r
Et in ultimo interponit'. t. et deberet dici itentid
p t. ſꝫ cauſā euphonie mutat'. t. in d. Poſſunt et
in identidem et itidem eſſe ꝓnomina neutri gene
ris. et tantū in ntō et accō. et utrumqꝫ eſt cōpoſi
tum ab idem geminato. et in ultimo interponit'
t. et tantū ualet idem ul' identidem qntū idem et

Itiner eris. in iter exponit' ( idem ul' ſimile

Itio. onis. in iter exponitur.

Itum ſupinū de eo. is. cor' pmā ſiue. I. ante. t.
cū ſuis compoſitis. ut aditum. initū peritum pt'
ambitū ſupinū et ambitus pticipiū. que ꝓduc'.
I ſed hic ambitus corripit penultimam.

Itus in iter exponit'. et eſt quarte declinat'.

Iuba. be. fe. ge. dr a iubeo. bes. et eſt iuba cri
nis equoꝝ. et eſt alioꝝ animaliū irracōnabi
liū. et iuba eciam dr criſta que ſuperponitur ga
lee ul' ꝓpter noticiā. ul' ꝓpter fruſtracōnem ictu
um. et iubatus ta. tum. i. crinitus. ul' criſtatus. et
iuboſus. ſa. ſum. iubis abundans

Iubar. a iuba. be. dr hoc iubar. āris. ſplendor ul'
iniciū ortus ſolis. ul' ſol ul' lucifer. quia ꝓpter ra
dios quodlibet iſtoꝝ uidet' iubatum. quia dirigit
radios ad modū iubaris ( Et ſcias qꝫ abltūs deſi
nit in e. et cor' pnl' gñ. ut wlt ps. in libro de ac
centu. Item cor' pmā ſill'am. Vnde vindocinenſis
Exemplum quaſi ſol collaterale iubar. de hoc dixi
ſupra in ſecunda parte ubi egi de accentu nomi
num deſinencium in ar.

Iubeo. bes. iuſſi iuſſum. i. imparare. ſꝫ iubere eſt
ubi eſt uoluntatis obſequiū. Impare ubi eſt debi
tū. Idem eſt et pcipere. Et componitur fideiubeo
es Iubeo eſt actiū cum omnibus ſuis compoſitis
Et cor' hanc ſillabam. iu. Vnde thobias. Hoc p̄
cor hoc iubeo toto conamine. tota Ex anima to

Iubileus. a iubilo. as ( to dilige corde deum
dr hic iubileus. lei. i. annus requiecōnis gaudij et
leticie. et remiſſionis. quo ſerui liberati donaban
tur. Debita relaxabant'. Captiui abſoluebantur.
Poſſeſſiones gratis reſtituebant'. Ita dicit huguc
( In hiſtorijs autē ſup geñ xiiij ita dr. Ab hac
uictoria abrae traditū iubileū habuiſſe iniciū ꝓ
hac remiſſione captiuoꝝ. Iobel enim remiſſio ul'
inicium dr. Inde iubileus. remiſſiuus ul' inicians
Ob hoc autem conſtitutus eſt qnquageſimus. qꝛ
tunc erat loth ut dicit' quidam qnquaginta an
noꝝ. Vel quia tūc erat qnquageſimus annus ex
quo deus locutus eſt abrae in uia. ul' exq egreſ
ſus eſt de carram. Et ſcias qꝫ iubileus ut dixi pt
deriuari a iubilo. as. et ſic dicendū eſt iubileus p
I. in antepnl' ſill'a. Vel poteſt deriuari a iobel. et
ſic dicendū eſt iubeleus p e in antepenl' ſill'a. In
pma autē ſill'a cauſa euphonie ſcribit' p u non
p. o. uide in penthecoſte. et in quinquageſima.

Iubilus. li. i. argutus. ſonorus. et letabundus.
cantus. ꝓpe quidem iubilus eſt uox confuſa pre
gaudio. vñ iubilo. as. cantare. gaudere. quadam
uoce confuſa p̄ gaudio exultare et letari. ſꝫ hug
Vel ſm quoſdam Iubilus eſt gaudiū quod uer
bis explicari non poteſt. nec tamen penitus reti
ceri. Vel iubilus eſt cū tanta leticia corde concipi
tur. qrta ſermonis efficacia non expletur. ut dic
pap. Vnde in greciſmo dr fertur inexplera iubi
lus leticia mentis. qꝫ autem dicitur iubilare qſi
iuuanter laudare ethymologia eſt.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Iuda filius iacob confeſſio interꝓtatur. quādo
enim eum pepit lya laudem dño retulit dicens.
Nunc ſuper hoc domino confitebor. Et nota ꝙ
ꝓ filio iacob inuenit̃ iudas uł iuda. de. et iuda
indeclinabile. et hinc iuda. de. uł iuda indecli. tā
ꝓ populo ꝙ̄ ꝓ terra iudeoꝝ. Et qñ eſt indeclina
bile debet accentuari in fine iuda cū dñe. ſ hug̃
Et allexander dicit. Cum declinat̃ dimittit̃ ultīa
iuda. Cum manet immota ipſius poſtrema leua
tur. Et a iuda uł iudea iudaicus. iudaycā iuday
cū. ¶ Iudas iacobi qui appellatur alibi lebeus ſi
gurātū nomen habet a corde. quod nos diminui
tiue corculū poſſumus appellare. Ipſe in alio eu
angeliſta thadeus dr̃. quem eccleſiaſtica hyſtoria
tradit miſſum ediſſam ad abagaꝝ regem. Nam
ut ibidem dicit̃. predictus rex abagarus domino
nr̃o ihu xp̄o in hunc modum ep̄lam miſit uel
deſtinauit. Abagarus euchanie filius Iheſu ſalua
tori bono qui apparuit in locis iheroſolimorū. Sa
lutem. Auditū eſt m̄ de te et de ſanitatibus quas
facis ꝙ ſine medicamentis aut herbis fiāt iſta ꝑ
te. Et ꝙ u̅bo cecos facis uidere Claudos ambula
re. Leproſos mūdari. et mortuos reuiuiſcere Qui
bus omnibus auditis de te ſtatui in animo meo
unū eſſe e duobus. Aut ꝙ tu ſis deus et deſcen
deris de celo ut h̃ facias. Aut ꝙ filius dei ſis qui
hoc facis. Propterea ego ſcribens rogauerim te.
ut digneris fatigari uſqꝫ ad me. et egritudinē me
am quā diu laboro curare. Nam et illud compe
ri ꝙ iudei murmurant adu̅ſum te. et uolunt inſi
diari tibi. veni ergo ad me. quia ē michi ꝑua ci
uitas ſꝫ honeſta. q̄ utriſqꝫ ſufficit ¶ DOMINUS
autē in hec u̅ba ſibi reſpondit. Beatus es qui cre
didiſti in me cū non uideris me. Scriptū eſt enim
de me. Quia hij qui nō uident me credent. et hij
qui me uident non credent. De eo autē qd̄ ſcrip
ſiſti ad me ut ueniā ad te. oportet me omnia h̃
implere ꝓpter q̄ miſſus ſum. et poſtea recipi me
a quo miſſus ſum. Cum ergo aſſumptus fuero a
liquem de diſcipuł meis mittā ad te. ut curet te
et viuificet te. Hec in hiſtoria eccleſiaſtica. Vidēs
ergo abagarus ꝙ ꝑſonaliter xp̄m uidere n̄ poſſꝫ
ſꝫm ꝙ in quadam hiſtoria antiqua inuenit̃. ſicut
Johannes damaſcenus in li. iiij teſtat̃. pictorem
quendā ad iheſum miſit. ut dñi ymaginē figura
ret. ut ſic ipſum ſaltem ꝑ ymaginem conſpiceret
quem in facie uidere non poterat. ſꝫ cū ad eū pic
tor ueniſſet ꝓpter nimiū fulgorem qui ab eius
facie ꝓcedebat. In eius facie dare nequibat inten
dere nec ipſam ut ſibi iuſſum fuerat figurare. qd̄
cernens dñs ueſtimentū lineū ipſius pictoris ac
cipiens et ſue faciei ſupimponens. ſuijpſius ima
ginem eidem impreſſit. ac deſideranti regi abaga
ro deſtinauit. Illa autē ep̄la dñi noſtri iheſu xp̄i
tante u̅tutis fuiſſe dr̃. ꝙ in illa ciuitate nullus he
reticus uł paganus uiuē poſſet. nec tirannus ali
quis eidem nocere p̄ſumēt. Nam ſi aliqñ gens a
liqua manu armata contra illam ciuitatē inſur
geret Infans aliquis ſup portam ſtans ep̄lam il
lam legebat. et ea die hoſtes aut fugiebant. aut
pacati cū eis cōponebant Sic fertur olim fuiſſe
adimpletū ſꝫ poſtmoduꝫ illa ciuitas a ſarracenis
capta fuit. et ꝓphanata ſublato bn̄ficio. ꝓpter a
bundanciā peccatoꝝ. in oriente vndiqꝫ pateſcām
¶ Poſtꝙ̄ uero dñs aſſumptus eſt. ut in eccleſiaſ
tica hiſtoria legit̃ miſit ap̄lus thomas thadeum
ad abagaꝝ regem. ſꝫm dñi ꝓmiſſionem. Qui cū
ad eum ueniſſet. et ſe diſcipulū ihū xp̄i ſibi pro
miſſum dixiſſet. uidit abagarus in uultu thadei
quendam mirum. et diuinū ſplendorem. Quo viſo
territus et ſtupefcūs dñm adorauit dicens. Vē diſ
cipulus es iheſu filij dei qui michi dixerat. Mit
tam aliquem ad te de diſcipulis meis. qui te cu
ret et uitam p̄ſtet. Cui thadeus. Si in filiū dei cre
dideris omnia tui cordis deſideria obtinebis. Cui
abagarus. Credo uere. et iudeos qui eum crucifix
erunt libencius trucidarem ſi michi poſſibilitas
adeſſet. et nequaqꝫ autoritas romanoꝝ impedirēt
Cum ergo abagarus ut in quibuſdam libris anti
quis legit̃. leproſus eſſet thadeus ep̄lam ſaluato
ris accepit. et de ea eius faciem confricauit. et ſta
tim plenam ſanitatē recepit. ¶ Et nota ꝙ iudas
interꝓtat̃ confitens uł glorioſus. uł iudas q̄i iu
bilum dans. Ipſe enim hūit confeſſionem fidei.
Gloriam regni. et iubilum interni gaudij. h̃ mul
tiplex habuit cognomen. ut tactum eſt. Dcūs eſt
enim iudas iacobi. ſupple frater. fuit eniꝫ frater
iacobi minoris. Secūdo dcūs eſt thadeus quod in
terꝓtatur apphendens ꝑncipem. Ipſe enim appre
hendit xp̄m ꝑncipem ꝑ fidem formatam tenuit
nec dimiſit. Tercio dcūs ē in hiſtoria eccleſiaſtica
lebeus. qd̄ ſonat q̄i cor uł corculus. i. cordis cul
tor ¶ Iudas ſcarioth uł ſcariothis. uł a uico in q̄
natus eſt. uł a tribu yſachar uocabulū ſumpſit.
quodā futuri p̄ſagio in condempnacōne ſui. Iſa
char enim interꝓtatur merces. ut ſignaretur p̄ciū
ꝓdicōnis. quo uendidit dnm̄. Scarioth interꝓta
tur memoria mortis. quia non repente ꝑſuaſus
ſed diucius meditatus peregit ſcelus.

Iudaiſo. as are. componit̃ a iuda uł iudea. et
eſt iudaiſare iudeū facere. uł iudeoꝝ more ſe ha
bē. Et hinc iudaiſmus. mi. i. conſuetudo et ritus
iudeorum. uel gentes iudeorum.

Iudeus. a iuda filio iacob dr̃ iudeus. a. um qd̄
nomen ſciſſura decem tribuū hebreis impoſuit.
Nam ante hebrei uł iſrael dicti ſunt. ſꝫ exquo in
duo regna populus dei diuiſus eſt. Tūc due tribꝫ
que de ſtirpe iuda reges habebant iudeoꝝ nomē
ſortite ſunt. Reliqua ꝑs x tribuū que in ſamaria
regem ſibi conſtituit ob ꝓpli magnitudinem p̄ſ
tinū nomen retinuit iſrael. et interꝓtatur iudeus
confeſſor ſiue confitens. Nomen uero mō multꝫ
eis cōuenit. Interꝓtacō autē eius ab eis longe ab
ſentat̃. Non enim uero nomine nūc dūr confeſ
ſores. ſꝫ diffeſſores pocius. et a iudeus dr̃ h̃ iude
a. e. i. terra quā incoluerunt. Et hic ꝑt mō ſumi.
iudeus a. ū. gentile. ſcꝫ qui ē de terra illa.

Iudex. a ius dr̃ h̃ iudex. cis. iudices. iudicum.
uł h̃ et h̃ iudex cō. ge. ut dicunt quidā. Et dr̃ iu
dex q̄i ius dicens. populo. uł iure diſceptans. Et
eſt ethymologia. Iure autē diſceptare eſt iuſte iu
dicare. Non enim eſt iudex ſi non eſt in eo iuſtici
a. Vnde et iudiciū ꝑus inquiſicio uocabat̃. vnde
et autores iudicioꝝ et ꝓpoſitos queſtores uł que
ſitores uocamus

Iudiciarius. rij in iudicium exponitur.

Iudicium. a ius dr̃ h̃ iudiciū cꝫ q̄i iuris dictio
et dīſio. Et eſt iudiciū dum diſcernit̃. cauſa cum
ꝓponit̃. iuſticia dum finitur. Et hinc h̃ iudicio
lum li. dimi. et iudiciarius. ria. rium. quod ꝑtinꝫ
ad iudicium. Et h̃ et h̃ iudicialis et h̃ le in eodꝫ

Iudico. cas. caui. a iu ¶ ſenſu. uide in ſuſpicio

dex dr.et eſt iudicare iure diſceptare ius dicere.
determinare cauſam.uł iudicio dampnare.Et inde
iudicatorius.dicatoria.rium.Et hoc iudicatoriū
locus ubi iudicaꝛ.Et h et h iudicabilis.et h le.
Iudico componitꝛ adiudico.aſcribē deſtinare.Cō
iudico.cas.ſimul iudicare.Diiudico.cas.preiudi
co.cas.vnde h preiudicium.Iudico eſt actiū cum
ſuis compoſitis.Et corripit.di.
Iudith.uidua laudanda.que interfecit olofer
nem.et liberauit iſrael de manu hoſtis.interꝑta
tur laudans.uł iudea uł confitens
Iugabilis.a iugo.as.componitꝛ h et h iugabi
lis et h le.quod et iugalis le inuenitꝛ ꝑ ſincopā
Iugalis.a iugum dr h et h iugał .i.iūgibił
et h le.i.in iugo aſſuetus.ſub iugo poſitus.qſi
domitus.Item inuenitꝛ iugalis.i.iūgibilis.et dr
tunc a iugabilis ꝑ ſincopam.In ij reg.c.viij hē
ꝛ.Subneruauit oīs iugales currū.Et prod ga
Iugerum.ri.ſm ꝗ cōmuniter accipitꝛ ē ſpaci
um terre ſm ꝗ vnum aratrum poteſt in die ara
re.Et inuenitꝛ hoc iuger eris in eadem ſigcione
Iſid ſic dicit in li ethy.Iugeꝝ conſtat longitudi
ne pedum ducentoꝝ quadraginta.Latitudine cen
tūuiginti.Et corripit penultimam.
Iugis.a iugum dr h et h iugis.et h iuge.aſſi
duus continuus.ꝑſeuerans.Et prod ꝑmā ſed iu
gum eam cor.Xv.Expe ē iugi ueneris nequeo ꝑ
Iugitas tatis.fe.ge.i.aſſiduitas.ꝑſe ce iugi
ſeuerancia.Et formatur a datiuo iugi addita tas
ſit iugitas.et corripit penultimam.
Iugiter aduerbium id eſt aſſidue.continue ꝑ
ſeueranter.et dicitur a iugis.
Iuglans iuglandis fe.ge.componitꝛ a ioue et
glans.et dnr iuglandes caſtanee.qi iouis glādes
ꝗꝛ ſint conſecrate ei.uł ꝗꝛ ſint cibꝫ ioue dignus.
Iugo.as.aui dr a iugum.et eſt iugare copula
re.iugere.ſub iugo ponere. Et componitur cū
con et dr cōiugo.gas.i.cōiungere.ſub eodem iu
go ponere.Item cum dis et dr diſiugo.as.i.diſ
iūgere.ſepare.remouere a iugo.Item cum ſub et
dr ſubiugo.as.i.debellare.ſub iugo ponē.Iugo
as actiuum eſt cum omnibus ſuis compoſitis.et
corripit hanc ſillabam.iu.
Iugulo.a iugo.dr h iugulus.li.guttur.uł gut
turis inciſio.Lucā in ij.Hic dabit h paceꝫ iugu
lus finem ꝗꝫ maloꝝ.et a iugulus dr iugulo.las.
iugulum incidē.et hinc ūbalia.iugulator.iugula
torius.a.um.iugulamentū.iugulamen.et cor gu
Orac in epꝛ.Vt iugulent hōīnes ſurgunt de noc
te latrones.Lucanus in quarto Vrnatur aut gra
tis iugulo qui prouocat hoſtem.
Iugulum.li.dimi.paruum iugum.
Iugū.a iūgo.gis.dr hoc iugum.gi.i.cacumen
montis.quia ꝓpinquitate iugoꝝ colles iūguntur
et inde iugoſus a.um.i.cacuminoſus uł montu
oſus.Dicitꝛ eciam iugum illud ligneū inſtrumen
tū cū quo boues iūguntꝛ.vnde quadam ſimilitu
dine iugum dr ſeruitus.et ind h iugulus.et cor
primam iugum.Proſper.Non ſeruile ꝑuat liberā
Iulianus.a.um.poſſeſſiuū de corda iugum
iulius ceſar.et h iulianus.ni.dr ꝓpꝛium nomē cu
Iulius.iulus.iuli.fuit filius ene iuſdam uiri
e.et eſt biſſillabū licet qn̄qꝫ cā metri ponatꝛ triſſil
labum.et hinc ceſar dcūs eſt iulius.quia de eiuſ
dem ꝓgenie proceſſit.Vnde illud.Iulius a magꝰ
dimiſſum nomen iulo.Et hinc iulius.lia.liū.poſ
ſeſſiuū.et h iulia.lie.quedam colūna rome.ī cu
ius ſummitate eſt urna.in qua poſita fuerunt
oſſa et cinis corporis ceſaris.et hinc dcā ē iulia.
Item a iulio imꝑatore h iulius.lij.quidā menſꝭ
qui ꝑmo uocabatur qntilis.ſꝫ poſtea in honorē
iulij ceſaris qui eo menſe natus eſt.uł quia ī eo
aliquam uictoriam obtinuit.dcūs ē iulius.et hic
iulius.lia.liū.De hoc eciam uide in quintilis
Iulos ꝓꝑe prima barba ſcꝫ lanugo dicitur.
Iulus.li.in iulius uide.
Iumentum.a.iuuo.as.uł a iuuamentū ꝑ ſin
copā dicitꝛ h iumentum.ti.equus uł bos.uł aſi
nus.Et dnr huiuſmodi animalia iumenta.quia
nrm̄ laborem uł onus ſuo adiutorio.ſubnectan
do et arando iuuent.Nam carpenta trahit bos et
duriſſimas terre glebas uomē euītit.equus aſinus
portant onera.et hominū in gradiendo laborem
temꝑant.Vn̄ et iumenta appellantꝛ quia iuuent
homines.Eadem ꝗꝫ dnr armenta.Et a iumentū
dr iumentarius.ria.riū.quod ꝑtinet ad iumentū
et h iumentarius.rij.et h iumentaria.i.cuſtos iu
Iuncata.iūcate.fe.ge.eſt lac contentum mīti
et iūcis inuolutū.et dicitur a iuncus.ci.
Iunceus.cea.ceum.in iuncus uide.
Iuncus.ci.dr a iūgo.gis.quia eo aliquid iūgi
tur.et ligatur.uł quia iuncis radicibus hereat.
Vnde h iūculus.li.dimi.et hoc iuncetū.ti.locus
ubi iunci abundant.et iunceus.a.um.i.de iūcis
exn̄s.uel ad iuncos pertinens.uel macer et ſubti
lis ad modum iunci.
Iungibilis.a iungo.gis.deriuatꝛ h et h iungi
bilis.et h le.aptus ad iūgendū.vnde iungibiliter
adūbium.et h iungibilitas.tatis.
Iungo.gis iunxi iūctum componitꝛ cū ab.et
dr abiūgo.gis.xi ctū.i.ſepare.Et cū ad et dicitꝛ
adiūgo.gis.Item cum con et dr cōiungo.gis.i.
ſimul iūgo.Item cū dis.et dr diſiūgo.gis.i.ſepa
re.diuidere.Item cū in et dr iniūgo.gis.Item cū
re et dr reiungo.gis.Item cū ſe et dr ſeiūgo.gis
.i.ſeorſum iungere.uł ſeorſum a iunctura facere
.i.diſiungere.Iūgo et eius compoſita actiua ſunt
Et faciunt preteritum in xi.et ſupinum in ctum
Iuniperus.Pir componitꝛ cū gigno.et dr iu
niperus quedam arbor.cuius cinēs pleno anno
ſeruant ignem.Et dr iuniperus.qi gignens pir
.i.ignem.ꝗꝛ contectū diu teneat ignem.adeo ut
ſi prune eius cinē fuerint coopte.uſqꝫ ad annum
ꝑueniūt.uł dicitꝛ ſic.quia ab amplo in acutū fi
nit.ut ignis
Iunius in maius exponitur.et in iuuenis.
Iunix.cis.fe.ge.a iuuando dr.et eſt ideꝫ quod
iuuencula.i.ꝑua bos.ſm hug.Pap uero dic.Iu
nices boues iuuenes.Et prod pnł ꝗn̄.Vn̄ ꝑſius
Tot tibi inflamis iunicū omenta liqueſcant.
Iuno.is.fe.ge.dr a iuuo.as.qi iuuans nouos
eſt enim iuno diuina bonitas que nouos iuuat
ꝗꝛ creata grā ſua nutrit.Eſt eciam aer q̄ ſimiliter
iuuat nouos infantes.a calido et humido uſo ue
nientes.et ſimiliū qualitatū bn̄ficia poſcentes re
cipit fouens humore et calore.quia iꝑe ſolus in
ter elemēta calidus eſt et humidus.Hinc eciā eſſe
dr lucina.i.dea ꝑtus.uł iuno dr qi iano a ianua
.i.ianua ꝓpagacōnis feminarū.quia qi portas
matronaꝝ pandit.et naturas nubenciū maritis.
Eſt enim dea ꝑturienciū et nubenciū.Et a iuno
dr iunonius a um.i.res ꝑtinentes ad iunonem.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ul' res iunonis. ſicut pauo dr̃ auis iunonia. Vñ
ouid de arte. laudatas oñdit auis iunonia pēnas
Iunonius. a. um. in iuno exponitur.
Iupiter exponitur in iouis Nota tamen hic
q̃ ſapientes phi ioui qui eſt una ſeptem ſtellaꝝ
erraticaꝝ tonare attribuūt. Cuius nulla alia cā ē
niſi q̃ iupiter habet in ꝓpetate eleuare uentoꝝ
forcium et ſiccoꝝ materiam. ꝑcipue qñ fuit con
iūctus in ſiture aliqua cū marte tempe eſtiuo. in
ſignis aquilonaribus. quia tūc certe pt̃ ꝓdici q̃
multe ſcintillacões et tonitrua fiūt in aere. Ita
ut eciam periculū ſit futurum hominibꝫ. ꝓpter
aeris peſtilenciam. ex nimia corrupcõne futura.
ꝓpter uapores intenſos peſtiferos immixtos ae
ri. q̃ iupiter cū ſole eleuat eos. et mars incenden
do corrumpit eoſdē. et ita fit aer uenenoſus. que
cumqꝫ autē ab auguribus ul' a fabuloſis inuenta
leguntur quot iupiter ſit deus vel huiuſmodi
friuola ſunt. et abſqꝫ conſideracõne phica dicta.
nec dignū eſt ut diſputet̃ contra ea. que q̄i nulli
racõni innituntur Et ſic tamq̃ fidelis theologus
intelligo. conſimilia a me in hoc opē compilata
uide in hymen et in cometa.
Iuratus. ta. tū. Iuro. ras. raui. ul' iuratus facit
et ponit̃ actiue et paſſiue. Vnde ouid. Tu m̄ iura
tus p numina mar̃s aquoſe. actiue dixit. Et alibi
Iurata numina non reducūt te. paſſiue dixit. de
h̄ uide ſupra in tercia pte in tractatu de p̄teritis
ſecunde cõiugacõnis. in c de deſinentibus in deo.
Iurgamen inis. et h̄ iurgiū gij et in pranſus
in eodem ſenſu. dr̃ a iurgo. as. et eſt iurgiū litiga
cio. ul' uberacõ. q̄i iuris garriū. ul' q̄i iuris actio.
ſm hug. ul' ſm pap. Iurgiū dr̃ cõuiciū cauſa. lis
Iurgo. gas componit̃ a ius et gar contencõ
no ul' ago. et dicit̃ iurgare. i. iure agere. ul' iure
garrire. quia hij qui cauſam dicūt iure diſceptāt
et accipit̃ iurgare in duabus ſignificacõnibꝫ. Iur
gare enim eſt rixari. litigare. et ꝓpe in cauſis agē
dis et iurgare eſt rephendē. caſtigare. corripē. cor
rigere. culpare. et impugnare ūbis. ul' litigando ū
berare. et ſm hoc conſtruit̃ cum accõ. et compo
nitur obiurgo. as. q̄i fortiter. ul' contra aliquem
iurgare. et ſunt neutra et abſoluta ꝓ litigare. In
alia ſignificacõne ſunt actiua. Et nota q̃ in eod
ſenſu inueniunt̃ deponencia. iurgor. aris. gatus
ſum. et obiurgor. aris. obiurgatus ſum. Itē nota
q̃ iurgamus et obiurgamus ūbis. ſ caſtigamus
Iuridicalis. a ius et dico. cis dum cedimus
componitur h̄ et h̄ iuridicalis. et hoc le. qui de
iure tractat. vnde et quedaꝫ conſtitucõ in arte re
thorica dr̃ iuridicalis. quia de iure tractat.
Iuridicus. ca. cum. i. qui dicit ius. rectus. Et cõ
ponitur a ius et dico. cis. dixi. Et corripit di ſic
dixi corripit di naturaliter.
Iuriſconſultus. i. iuriſperitus. ſm papiam
Iuriſdicio. cionis. componit̃ a ius et dicio cio
nis. i. iuris poteſtas ſup aliquem. Et ſcribitur p
c ſolam ſicut dicio.
Iuro. ras. raui. ratū. a iure dr̃. Et componitur
adiuro. ras. Coniuro. ras. in eodem ſenſu ſcilicet
exorciſare. Et cõiurare. i. ſimul iurare. conſpirare
coniuracõnem facere. Deiuro. ras. i. ualde iurare
ul' periurare. Reg. j. lib. Adiecit ionatas deiurare
dauid. i. ualde ul' firmiter iurare. Periuro. ras. p
iuriū committere. Et nota q̃ in iſtis duobꝫ uerb
ſcꝫ deiuro et piuro quibus utebant̃ antiqui mu
tamus .i. in. e. corr ſubtracta. r. a ſecundo. et dici
mus deiero. as. et peiero. ꝓ deiuro et piuro. Luca.
in vj. Vos eſtis ſupiſtigias qui peierant undas
Iuro. as. neutꝝ eſt cū omnibus ſuis compoſitis.
p̄ter adiuro et coniuro ꝓ exorciſare. que ſunt ac
tiua uide eciam in iuratus. et in mencior Et ſci
as q̃ iurare ſm aug. eſt ius ueritatis deo reddē.
Iuramentū autē a iuriſtis ſic diffinit̃. Iuramen
tū eſt affirmacõ ul' negacõ de aliquo ſacre rei af
firmacõne firmata. Tria autē requirunt̃ ad hoc q̃
iuramentū ſit rectū. Vnū ex pte ipſius rei de q̄
iuratur. et ſic requirit̃ ueritas p quam uox ſiue
dictū rei adequat̃ Alias dictum non eſt confirma
cõne dignū. Vnde h̄ ſumit̃ ueritas ſm q̃ eſt ad
equacõ uocis ad rem. Vnde ueritas debet eſſe in
conſciencia ut firmiter ſciat ita eſſe. Alias ſi tātū
credat non debet de conſciencia ſ de credulitate
iurare. Aliud requiritur ex pte cauſe ꝓ qua iura
tur. et ſic requiritur iuſticia alias non eſt debita
neceſſitas. Debet enim illud quod iuratur eſſe li
citū et honeſtum. Terciū requirit̃ ex pte iurantis
et ſic requiritur ut cū diſcrecõne iuret. Alias nõ
adhibetur debita cautela. et ſic eſt iudicium et
continetur in iudicõ. quod eſt diſcrecõ iurantis
debita forma et euentus. et tempus. et omnia q̄
ex parte iurantis conſideranda occurrunt. De his
dr̃ Ibē. iiij. Iurabunt dicit dñs in iuſticia et ueri
tate et iudicõ. Vel dic q̃ ueritas requirat̃ q̄tuꝫ
ad iurantē. q̃ ſcꝫ dicat quod habet in conſciencia
Iuſticia q̄tum ad rem iuratam. q̃ id quod iura
tur ſit licitum et honeſtum. Iudiciū quo ad cau
ſam que inducit ad iurandū. q̃ non iuret eciam
uerum ſine neceſſitate et utilitate ꝓximi Item
nota q̃ qñ iuramentū ūgit in deteriorem exitū
non deberet ſeruari. Poteſt autē iuramentū in de
teriorem exitū ūgere dupl'r. Vno mõ q̃ ab ipſo
pncipio habet peiorem exitū. ul' quia ſm ſe eſt
malū. ſicut cum aliquis iurat ſe adulteriū patra
tuꝝ. ſiue q̃ eſt maioris boni impeditiū. puta cū
aliquis iurat ſe non intratuꝝ religionem. ul' q̃
non fiat clericus. aut q̃ non accipiat p̄lacõnem.
in caſu in quo expedit eum accipē. ul' ſi quid ali
ud eſt huiuſmodi. Tale enim iuramentū a pñci
pio eſt illicitū. Differenter tamen. q̃ ſi quis iuret
ſe facturꝫ aliquod peccatū. et peccauit iurando. et
peccat iuramentū ſeruando. Si quis autē iurat ſe
non facturꝫ aliqđ melius bonū. quod tamen fa
cere non tenetur peccat quidem iurando in q̄tuꝫ
ponit obicē ſpūi ſcõ. qui eſt boni ꝓpoſiti inſpira
tor. tamen non peccat iuramentū ſeruando. ſed
multo melius facit ſi non ſeruet. Alio mõ uergit
ad deteriorem exitum. ꝓpter aliquid quod de no
uo emgit. quod non fuit p̄meditatū. ſicut patet
in iuramento herodis. qui iurauit puelle ſaltanti
ſe daturꝫ quod petiſſet. Hoc enim iuramentum
poterat eſſe a pncipio licitū intellcā debita cõdi
cõne. ſcꝫ ſi peteret quod dare deceret. ſ implecio
iuramenti erat illicita. Vñ amb dicit in li de offi
Eſt contra officiū non nunq̃ ꝓmiſſum ſoluere
ſacrmentū. ſicut herodes qui necē iohanni p̄ſtauit
ne ꝓmiſſum negaret. Volo eciam te ſcire. q̃
qñ non eſt eadem iurantis intencõ. et eius cui iu
rat ſi hoc ꝓuenit ex dolo iurantis debet iuramtū
ſeruari ſm ſanū intellectū eius cui iuramentum
p̄ſtatur. Vnde yſid dicit. Quacūqꝫ arte ūborū q̄s
iuret. deus tamen qui conſciencie teſtis eſt ita h̄

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

accipit ſicut ille cui iuratur intelligit. et ꝙ id in
telligat̃ de doloſo iuramento patet ꝑ illud quod
ſubditur. dupl'r reus fit. ꝙ et nomẽ dei in uanũ
aſſumit. et ꝓximũ dolo capit. Si autẽ iurans do
lum non adhibeat obligatur ſm intencōnem iu
rantis. Vnde gg. xxvij mor. Humane aures tali
a uba noſtra iudicant qualia foris ſonant. Diui
na uero iudicia talia foris audiũt. qualia ex inti
mis ꝓferuntur. uide in periurus.

Ius iuris dr a iubeo bes. quia iubet. et eſt ius
lex humana. fas lex diuina. Tranſire autem per
agꝝ alienũ fas eſt. ius uero non eſt. Item ius dr
lex ſcripta. Item leges humane dnr iura diuina
Itẽ ius gnale ẽ. Lex eius ſpẽs. et caret h nom̃ ius
gtõ dtõ et abltõ pluralibꝫ ꝯtuꝫ ad uſuꝫ ſ hug. et
differt a iuſticia ut dicã in iuſticia ¶ Et ſcias. ꝙ
Ius inuenit̃ in alijs ſignificacōnibus. Xv. Ius aq̃
ius rectũ ius dicit̃ eſſe poteſtas. Item ius ꝓba
num dr brodiũ ul' aqua in qua coquũtur carnes
porcine que ꝓhibite ſunt iudeis. Et dnt quidam
Ius. ris ꝑ lege ul' ptãte iuris. h ius iutis p. t. pro
aqua ul' brodio. Sed ps non facit iſtam drãm.
unde in vj lib dicit. Ius ablata. s. addita. ris. fit
gtũs. ut iuris. Et neutra monaſill'a in us deſinen
cia. Michi autem uidetur ꝙ pro brodio facit ge
nitiũ in tis. ut ius iutis. ſicut et volgare aliquoꝝ
ſonat. Xv. Ius iutis mando ius iuris in agmiẽ pã

Iuſiurandũ. di. neu ge. i. iuris iuracio. ¶ do.

Iuſta. a iuſtum deriuat̃ h iuſta iuſtoꝝ. i. exeq̃e
mortuoꝝ. quia iuſtum eſt ut homo hominem ó
nis cineres ſepeliat. Vñ ouid In iuſta iuſta pegi

Iuſticia. a iuſtus. ti. addita. cia. fit iuſticia. Et ẽ
iuſticia conſtans et ꝑpetua uoluntas reddens uni
cuiqꝫ quod ſuũ eſt. Et differt ius a iuſticia. quia
ius ẽſt ars equi et boni. Sed iuſticia eſt conſtans
et ꝑpetua uoluntas. ul' eſt ũtus tribuens vnicui
qꝫ quod ſuũ eſt. Item omne ius eſt iuſticia ſ nõ
econuiſo. Item ius dr in re. ſed iuſticia in actu et
exercicio ul' opacōne. Vnde et dr iuſticia quaſi
iuris ſtatus ul' ſtacõ. ꝙ ꝑ iuſticiã ſtat ius et exer
cetur. et eſt ethymologia. Et ſicut dixi in formi
do. facile deuiat a iuſticia qui in cauſis non deuꝫ
ſed hominem formidat.

Iuſtifico. as. aui. are. ũbum actm̃. i. iuſtũ facio
et componit̃ a iuſtus et facio. cis. Et corripit. fi.

Iuſticiũ. a ius et taceo componit̃ h iuſticium
cij. i. taciturnitas iuris et ceſſacõ. Vel iuſticiũ cõ
ponit̃ a ius et ſtacõ. Inde iuſticiũ. qͥ iuris ſtacio
. i. iuris ceſſacõ. Tunc enĩ ius ſtat. i. ceſſat cũ non
exercet̃ Vel iuſticiũ qͥ iuris ſtacõ. i. iuſticia que
eſt iuris ſtacõ. ꝙ ꝑ iuſticiã ius ſtat. i. non exerce
tur. Luc in ij. ferale ꝑ urbem iuſticium.

Iuſtus. a ius dr iuſtus. ta. tum. et dr iuſtus. qͥ
ius tuens. ſcꝫ qui ius cuſtodit. et ſm legeꝫ uiuit
et eſt ethymologia Et compatur iuſtior. ſimus.
vnde iuſte. tius. ſime adũbium. Iuſtus componit̃
iniuſtus. vnde iniuſticia. Et differt iuſtus ab equo
quia iuſtus ex lege eſt qͥ ius cuſtodiens. Equus
ex natura. Et ſcias qui negligit dampnum ꝓpt̃
amicũ. i. xpm̃ iuſtus eſt. Prou ij. uide in ſeuerus

Iuſum adũbium loci eſt. i. deorſum. et eſt con
trarium ei quod eſt ſuſum uel ſurſum.

Iutus. ta. tũ. i. adiutus. ꝑticipiũ de iuuor. aris

Iuuamen inis dr a iuuo. as. et h exigit ut in
ꝑterito dicat̃ iuuaui. et in ſupino atũ regulari
qd apud antiquos inuenitur. et eciã exigit hoc
iuuamentum ti. et ꝓd penult iuuamen

Iuuenilis. a iuuenis deriuatur h et h iuuenil'
et h le quod ꝑtinet ad iuuenem uel laſciuus ſiue
ſtultus et fatuus ad modum iuuenis. Vnde iuue
niliter adũbium. et h iuuenilitas. tatis. Iuuenit̃
h iuuenal' pro ꝓpo nomine cuiuſdam uiri. et tũc
deſinit abltũs in e ut iuuenalis ab hoc. le.

Iuuenculus. li. dimi ꝑuus iuuencus. vnde hec
iuuencula. le. que alio nomine dicitur iniux.

Iuuencus. a iuuo. as. dr iuuencus. ci. i. bos no
uellus cũ a uitulo diſcedit. et iuuare incipit hõi
nis uſus terram excolendo. et hinc h iuuenca. ce
et cor̃ iu. Vnde ouid epy. Quam male inequales
ueniunt ad aratra iuuenci. uide in uitulus.

Iuueneo. a iuuenis deriuat̃ iuueneo. nes. nuj.
. i. eſſe ul' fieri iuuenem. ul' florere. uirere ſiũ ſplẽ
dere. que ſunt ꝓprietates iuuenis. Vnde enſis dr
iuuenere cum purgatus reſplendet. Et componit̃
reiuueneo. nes. Et hinc inchoatiua. iuueneſco cis
et reiuueneſco. cis.

Iuueneſco. iuueneſcis. uide in iuueneo.

Iuuenil' dr a iuuenis. et ꝓd pl' uide ĩ iuuenal'

Iuuenis. a iuuo. as. dr h et h iuuenis. ꝙ iuua
re poſſe incipit. Et eſt iuuenis in ipſo etatis ĩcre
mẽto poſitus. et ad auxiliandũ ꝑparatur. Et nota
ꝙ antiqui dicebant h et hec iuuenis. et h ne. Et
compatur iuunior iſſimus. Sed modo iuuenis
declinatur tantũ ꝑ duo gña. Et habet compatiũ
irregulare. ſcꝫ h et h iunior et h iunius. Et hinc
dr iunius nij. quodã menſis. ſicut maius a maio
ribus. vñ iunius nia. niũ. ut iunie kl'e. Et fit ge
nitiuus pl'is in ũ. et accũs in es tm̃. uid in panis

Iuuenor. aris. atus ſum dr a iuuenis. et eſt iu
uenari more iuuenũ ſe habere. vnde in dyaletica
argumentacõne ille dr iuuenari q̃ bis ul' ter uel
quater ul' ſepius idem repetit neſciens procedere

Iuuenta. te. in iuuentus exponitur.

Iuuentus. a iuuo. as. dr h iuuentus. tutis. et h
iuuenta. te. Iuuentus eſt collectõ iuuenũ. et etas
plurimoꝝ iuuenũ. Iuuenta te. ẽ etas vnius iuue
nis Et eſt iuuentus ul' iuuenta a uiceſimooctauo
anno uſqꝫ ad quinquageſimum.

Iuuentas. dea iuuentutis.

Iuuo. as. iuui iutũ. i. auxiliari. ul' delcãri. vnd
h iuuamen. inis. et h iuuamentũ. et h exigit ut
in ꝑterito dicatur irregulariter iuuaui. atũ. Iuuo
componit̃ adiuuo. uas. adiuui adiutũ. Quod cõ
ponitur cum con et dr coadiuuo. as. Iuuo actm̃
eſt cũ omnibus ſuis compoſitis. et facit ꝑteritũ
in iuui. et ſup in iutũ. Et in pñti cor̃ hanc ſill'aꝫ
iu. ſ in ꝑterito et ſupino eam prod. Proſper. Qd
iuuat in longum cauſas ꝓducere morbi. Et facit
ex ſe hoc impſonale iuuat. qd conſtruit̃ cũ accõ
Et ſcias ꝙ ap̃ antiquos inuenit̃ iuuaui iuuatus

Iuxta adũbiũ loci. et ſignat localem ꝓpinqui
tatem. ut iſte ſedet iuxta eum Item eſt adũbium
ſimilitudinis. et tũc ſignat accõmodacõnem et ſi
militudinem. ut hoc eſt dictũ iuxta illũ magiſ
trum. Item eſt adũbium qualitatis. et tunc ſigt̃
equalitatẽ. ut iuxta. i. equaliter. in qua ſignifica
cione uidetur aduerbium ſimilitudinis.

Iuxto. tas. i. appropinquare. iuxta eſſe. Et dici
tur a iuxta aduerbio.

Ixion. onis. mas. ge. pater fuit centauroꝝ. q̃
iunonem de concubitu appellauit. et interpta
tur dignitas. Vel qͥ anxion ab ango. gis. ꝙ dig

nitas reddit hominem anxiū. Vnde ixioneus. a um. Et hinc ixionides. de. filius uł nepos ixiōis et ſubtracta de ſillaba dr̄ h̄ ixionis. huius ixio nidis. filia uł nepos ixionis. Et h̄ ixion onis. i. auis de genē volturis alba et minor ꝙ voltur. Deuť xiiij. dr̄ ixion pro aue in quibuſdam libris

Ixionides in ixion exponitur

K Et. q. ꝗuis figura et nōie videať aliquam habere drām cū. c. tamē eandem tam in ſono vocū ꝙ in metro cōtinent ptātez. Et K q̄dez penitus ſuꝑuacua eſt. Nulla eniz videtur racō cur ſequente a dēat ſcribi. K. cartago enim et caput ſiue p. C. ſiue p K. ſcribanť nullam faciūt nec in ſono nec in ptāte eiuſdem conſonantis drām. ſic dicit ꝑs in ꝑmo maioris. Et ut dicit papias. Omnia greca ſequente uocali p K ſcribenda ſunt. ſed h̄ a ſcriptoribus non ſeruatur. Hug̃ uero dicit ꝙ h̄ figura K ſuꝑfluit apud nos. ſ; nequaꝗ ap̄ grecos. Vbi enim nos ſcribimus. C. greci ſcribūt. K. et uocatur aput eos kappa. In nullis ergo latinis dcōnibus debet ſcribi K ſ; tantū in grecis. In nothis uero indifferenter poteſt ſcribi tam. C. ꝙ. K quia enim reducte ſunt ad latinitatem poſſunt ſcribi p. C. Sed quia a grecis habent pⁿcipiū et originem pōt ſcribi p K. Quod conſiderantes ſuꝑius tractauimus in tercia lrā de multis dcōnibz grecis ſiue nothis et in h̄ ſecuti ſumus hug̃.

Kala grece latine laxa.

Kalendarium. rij. ubi kalende diſtinguuntur. et dicitur a kalende.

Kalende. a kalo quod eſt uoco hee kalende aꝝ. i. ꝑmus dies menſis. quia eo die ſolebat pontifex aſcendere turrim de conſuetudine romanoꝝ et uolens nūciare quota eſſet luna eo die. uł pⁿcipiū mēſis dicebat plūies kalo kalo. q̄i uoco uos uenite et audite etatē lune. uł pⁿcipiū mēſis. et iō menſis ille dcūs eſt kalende. q̄i uocaōnes. Vel aliter. De conſuetudine romanoꝝ erat ꝙ in pⁿcipio cuiuſlibet menſis celebrarent nūdinas. et eas incipiebant in nonis. ꝗꝛ ergo uenturi neſciebant pⁿcipiū menſis Ideo ſemꝑ in prima die p̄co turrim aſcendebat et tociens uocabat kalo. q̄i uoco uos ad nūdinas. quot dies reſtabant uſq; ad diē in quo uolebant incipē forum. ut quarto die q̄ter dicebat kalo. ſi in ſexto ſexies. vn̄ et ille mēſis habet quatuor nonas. Iſte uero ſex nonas. Quod ideo ſic diuiſerunt. ut latrones neſcirēt qn̄ deberet eſſe forum. ꝗꝛ abſcondebanť in ſiluis. et uenientes ad forum occidebant et p̄dabanť. Et ideo dcē ſunt kalende. q̄i uocacōnes ad forum. et quia pluries dicebat kalo. ideo ab illa pluralitate dictū eſt tantū pluraliter kalende kalendarum. et poteſt ſcribi kalende tam p C ſm̄ latinos. ꝙ p K ſm̄ grecos. Competencius tamen p K. quia mag̃ eſt grecū. Vel kalende dicunť quaſi colende quia ſolebant coli apud ueteres.

Kalo. a kalon quod eſt lignum dr̄ h̄ kalo oīs i. ille q̄ fert ligna. Kalones eciam dnr̄ galee mi litū.

Kalodemones in demon exponitur.

Kaos grece dicūt materiā celi et terre. q̄ primo facta eſt confuſa et informis. Et acuitur in fine.

Katherina. ne. ꝓꝑium nomen cuiuſdam ſancte uirginis. Dr̄ a cata quod eſt vniūſum. et ruina. q̄i vniūſalis ruina. Omne enim edificiū dyaboli in ea vniūſaliter corruit. Nam in ea ruit edificium ſuꝑbie p humilitatem quā habuit. Carnalis concupiſcentie p uirginitatem quam ſeruauit. Cupiditatis mundane. quia omnia mundana deſpexit

Kiri per vnū; ɀ id eſt dominus. Kirri per duo r. id eſt porcus ſiue ſus.

Kyrieleyſon. i. domine miſerere. Et ſunt due ꝑtes et non diccio compoſita. Nam kyri. i. domine Eleyſon id eſt miſerere.

L Abarum. A labor. beris dr̄ h̄ labarum. i. ſignum bellicum quod ex auro fit et lapidibus p̄cioſis in uexillum ſancte crucis tⁿſformatū. inter alia bellica ſigna p̄cioſius erat. quod impator et cōſules adorabant. Hoc conſtantinus fieri iuſſit

Labdaciſmus eſt ubi. l. plurimum ſic ſonat. ut ſol et luna luce lucent. Labdaciſmus eciam eſt uł ſi ꝓ vno. l. duo ꝓnunciānť. uł quo ciens vnū. l. exilius. duo largius ſonant. nā vnū largius. duo exilius ꝓferri debent.

Labecula. le. dimi. ꝑua labes. Et corripit pnł.

Labefacio. Labare uł labi componitur cū facio cis. et dr̄ labefacio. cis. i. conuellē. concurrere. ferire. facere labare uł labi. Item labefacio. as. idem quod maculare. et tūc cōponiť a labes. et facio.

Labefacto. tas. eſt frequentatiū iſtius ubi labefacio. cis. Et labefacto poteſt eſſe fre a labefio fis

Labefio. labare uł labi componitur cū fio fis. et dr̄ labefio. fis. i. labi uł labere. Item labefio is idem eſt qd̄ maculari. et tūc componitur a labes

Labellum. a labrum dr̄ h̄ labellū et fio fis. li. Et hinc labellulum li. aliud diminitiuum.

Labeo. onis. maſ. ge. i. tabnarius. uł leccator et dr̄ a labor. eris. Et labeo fuit quidam legiſperitus. et quidam uilis poeta.

Laberintus. ti. i. ꝯplexum edificiū. qualis erat apud cretam factus a dedalo. et dr̄ h̄ laberintus quia nemo inde poſſet labi. uł quia erratilis ē et ad labendum facilis. et ſic dr̄ laborintus. a labor oris et intus. quia habeat intus laborem.

Labes labis fe. ge. dr̄ a labor. eris. et eſt labes putredo. ꝑnicies. ruina. miſeria. Et componiť cū facō et dr̄ labefaco. cis. i. maculari. Que poſſunt eſſe compoſita a labi uł a labare. et prod̄ ꝑmaz labes nomen. ſed qn̄ eſt ūbum eam corripit.

Labilis. a labor. eris. dr̄ h̄ et h̄ labilꝭ et h̄ le et dr̄ labile qd̄ cito labiť. uł in q̄ quis facile labiť

Labiolum. li. ꝑuum labium.

Labina. ne. fe. ge. terra aquoſa et mobilꝭ et labilis. in q̄ quis facile labiť. et dr̄ a labor eris

Labioſus. ſa ſum q̄ groſſa habz labia. et dr̄ a labrum

Labium. bij. exponitur in labrum

Labo. as. aui. are. titubare. uacillare. et tremere labi. vnde labaſco. cis. incho. Labo. as cū oībus ſuis compoſitis ſi qua habet neutꝝ eſt. Et ē ꝑmitiuū labo. as. ut volt hug̃. et ab eo deriuať labor. eris. Sed magiſter bene dicit. ꝙ labo. as. deriuatur a labor. beris. et cor ꝑmam labo. as. Vnde ouid̄ epy. Et ſatis in dubio pectora noſtra labant. Sed labes nomen ꝓducit ꝑmam. Xv. Si p vina labes non vini ſed tua labes.

Labor. beris. lapſus ſum. vnde lapſus. ſus. ſui. et h̄ lapſio Labor cōponiť cū ad et dr̄ allabor beris. i. iuxta labi uł ad. Item collabor. beris. i. ſimul labi. Dilabor. beris. i. diuſis modis. uł ī di